

OPUSCULUM

SPIRITUALISMUM


ATQUE

GALLI PHRENOLOGIÆ REFUTATIONEM

CONTINENS,

COMPOSITUM AB IGNATIO DE CIEBRA,

medico, etc., etc.



BURDIGALÆ

EX TYPIS HENRICI FAYE, ARCHIEPISCOPATUS TYPOGRAPHI,

viâ Sainte-Catherine, 139.

—
1850

OPUSCULUM

SPRITUALISIMUM

DEI SPIRITUS SACRIFICII

DEI SPIRITUS SACRIFICII

Omnia, sive manuscripta, sive typis commissa, hujus opusculi exemplaria, meo nomine meoque gryphio non ornata, à me interdicuntur, atque contravenientes, legibus, si opus fuerit, subjicientur.

Ignacio De Cibera

Dei Spiritus Sacrificii de Camerac,

A Sa Eminence le
Cardinal Arceveschi

Comme grand de profond Respect
Vénération & Reuerence
de l'auteur.

De Votre Eminence

B. de Cibra



OBSERVATIO.

Verbum sabiduria secundam animæ personam vel subsistentem relationem, ex qua facultas, libera voluntas appellata, ad æternæ atque necessario in Ente increatæ relationis imaginem et similitudinem oritur, hoc in opusculo dicit.

PRÆFATIO.

Quotiescumque tuum opus, Galle, muro à me legitur examine, quosne ad abyssus pes meus offendit!

Quare humanis in cognitionibus retrò ut me veritam, atque ut silvaticas tribus obscuritate et ignorantia etiam excellam conaris? Sæculine spiritu affectus ad impossibilia scribenda induceris, vel omnia erga te ipsum atque erga cœteros officia oblitus, fatalismi errore nos involvere, fœdisque opprobrii in lacunis utpotè nostra libertate indignos nos immergere cupis?

Si triginta et quinque organa, tanquam materiales ideas producentia, a me tibi concedantur, substantiarum liberas ideas creantium ubi residentia invenitur?

His enim substantiis adjuti, alto ex olympo usque ad obscuras terræ cavernas tanquam electricum

fulmen percurrimus, earum etiam auxilio horum mundorum, in spatio cursum facientium, perpetuos periodicosque motus attentis oculis inspiciamus.

Primam etiam causam, hos motus producentem, necessario in Ente, a quo necessariarum causarum opus, quatenus liberis entibus possibilis existentiae utpotè basis esset, fuit perfectum, mundorum actibus deducemus.

Tuum denique, Galle, opus, non tui nominis, meliori quidem conditione digni, diruendi gratia, quinimò ad metaphysicum errorem conculcandum tantummodò a me impugnatur.

THESIS.

Omnes theoriæ , nisi necessario in Ente aliorum contingentium creationes designatum ad objectum instituyente refundantur, confusionem tantummodò pariunt.

Hæc est materies, a qua animum divertere non possumus. Omnis enim scientia universalibus principiis aliena, scientia non est, quin potiùs idearum connexionem, ordine probationibusque vidarum abyssus nobis esse debet. Quatenùs in sophismata, quæ a veritate rapidè nos aberrare cogunt, nunquàm incidamus, incomparabili axiomate, quod ex nihilo nihil per se, nisi creator, necessarium Ens, fieri possit, nos docet, nitamur quàm strictissimè.

Invariabilis omnium entium, homine abstracto, relatio, et perpetua suarum conditionum essentia non æterni Entis perfectionem solummodò sed designatum atque necessarium hujus ordinis finem etiam nobis exhibet. Quæ ab initio bruta sunt, aliam meliorem conditionem perseipsa nunquam adquisiverunt, eorum actus visibilem ad mundum referentes, quia vera libertas eis absit, idem semper sunt, cosmologiæ ergo ad leges, finem, a quo sejungi nul-

latenùs potuerunt , eis largitas , hodiè etiam pertinent. Homo alioquin ejus mores modificat eosque colit , societatis conditiones amplectitur ab eisque se divertit , ejus actus designat et eos retractat , suasque opiniones attentis ejus circumstantiis temperat vel mutat quàm libentissimè. Si ambitionibus tamen impellatur , eis saturandis ardentèr laborat , negligit quemadmodùm sibi libet , amat ratione ductus , et boni vel mali faciendi vera libertate dènique fungitur.

Ad cosmologiæ igitur genus , utpote non necessaria impulsus homo nèquidem pertinet. Cum homo non sit , ut reverà non est necessario impulsus , eum libertate præditum , omnium creatarum rerum finem esse deducere debemus. Libertas non materiæ sed pòtius animæ conditio effectusque est , et tanquam simplex spiritus absolutam super intellectuales ejus actus nulla dependentia nullaque modificatione (sua in phrenologia quod sibi placeat a Gallo dicatur) auctoritatem habet.

Quomodò contingentium , quæ ex alio dependent , a nobis existentia probari poterit , quin æternum Ens , cui necessariò non initium tantummodò absque nihilo fuit , sed a quo creata materia , ut inalterabilem finis designati attingendi ergo viam prosequeretur , fuit étiam disposita , cognosceremus ? Hoc impossibilia attingit. Hæc ergo directio , hic cosmologicus ordo invariables necessarii Entis sunt leges , illius inquam Entis , a quo omnia cœtera nulla modificatione , homine quidem excepto , æternitati destinato utpotè simplici spiritu ab æterno Ente insignito , semper impelluntur.

Galli amici novæ formæ materia affectæ systema , in quo non immutabilibus cosmologiæ legibus , sed falsa cujusdam simplici cranii eminentia necessariò impulsos sese credunt , prævalere conantur.

Hæc verò Gallistorum opinio eò magis impossibilitatem

sapit quò probabilitatem minùs attingit, quia si ista forma vera esset materia, finem absque libertate haberet, ideòque cosmologiæ legibus et non cosmologiæ exceptioni apophisibus vel cranii eminentiis subjectæ semper obediret; hypothesis ergo eidem ideæ materia affectæ reverà opponitur.

Galli craniscopia et phrenologia mundi, sine privati, confusionem credere nobis in animum inducunt, quia cum homo cranii triginta et quinque sub eminentiis sit formatus, libertate caret. Auctor idcirco imperfectione esset indutus, quòd miræ mundi machinæ sufficiente absque ratione formam donarit, si homo cogitante anima vidus ab eo fuisset creatus.

Galli systemate, quin examinetur, admissio, possibilita diruuntur et impossibilium fit concessio.

Prima idcirco quæstio resolutione digna secundum Galli amicos hæc erit: Necessarium Ens nullo modo perfectione est ornatum, et mundum nulla destinatione, quæ sufficiens est ratio, creavit.

Secunda quæstio animæ cogitantis absentiam in nobis supponit, atque si ea nobis absit, nostras inclinationes, tanquam necessariis causis impulsas, modificare nequimus.

Intellectuales actus nullam etiam minimam actionem sufficiente absque ratione exerceri posse, quemadmodum minimarum cogitationum in consultatione observatur, nobis patefacere veniunt.

Hominem assessum supponamus, hoc in statu semper persisteret, nisi sine a seipso deinceps adimplendo utpotè ambulatione, amici visitatione vel alicujus officii necessitate impelleretur.

Nihil èquidem vero seu chimærico absque sine penitus fieri potest.

Si hæc moralis certitudo negari nequeat, quomodò necessario in Ente omnes perfectiones, quæ ejus intrinsecæ

et extrinsecæ proprietates sunt, nullaque admixtione indutæ, atque juxta sapientem philosophi Tullii sententiam ut admittantur impossibiles, per excellentiam possidente, vitium invenire poterimus?

Hæc questio quòd absque libertate actionem ab aliqua cranii eminentia, quin aliud facere possimus, nobis designatam exercere necessariò cogamur, nobis indicat.

Conscientia ergo, quæ de bonis malisque actibus nos arguit, nequaquam nobis esset, nostrorum actuum tamen recriminationes percipimus, liberi igitur sumus, et cum ea conditione simus præditi, phrenologicæ eminentiæ actio existere non potest, Galli systematis inverisimilitudo phisicè etiam ostenditur.

Si eminentia enim admittatur, ejus effectus conceditur, et cum Gallistus effectus sine causa et causa absque effectu inveniuntur, hypothesis eò falsa est, quia necessariæ causæ absque propria modificatione semper agunt, eminentia igitur necessaria causa non est, et cum talis minimè sit, hoc systema a semetipso diruitur.

Ordo in mundo regnat vel confusio quàm obscurissima. Alius et altera, si illud indubitabile axioma « idem simul esse et non esse impossibile est » diligenter inspiciamus, simul regnare non possunt.

Perpetuus naturæ cùrsus invariabilem ordinem, cosmologiæ legum causam vel æterni Entis voluntatem potiùs nobis indicat. Cum omnia ab æterno Ente perfectè fuerint instituta, omnia benè atque nullo designato fine agere posset necne, Gallo et ejus discipulis interrogemus, eorumque responsionem negativam absque dubio videbimus.

Nullus finis præter hominem in mundo invenitur, si illè quædam machina libertate privata sit, finis non existit. His suppositis necessarium Entem magis stupidum quàm ipsum hominem esse, qui sufficiente absque ratione nihil agere potest, confiteri cogemur.

Sed cum omnia hominem liberum atque ideò creationis finem esse satis apertè nobis dicant, necessariis igitur a causis impelli minimè potest.

Quæstionem magis ac magis dilucidare veniamus.

Similes causæ similes pariunt effectus, et ab eisdem causis iidem effectus producuntur. Horum axiomatum evidentiam probare nobis opus non erit.

Si omnia capita destructionis eminentiam sexto numero a Galli apostolis explicatam possidentia severissimè examinemus, et quòd iidem effectus nullo modo hoc ex examine producantur, inveniamus, hæc theoria falsitatem involvit; et si ab eis, hanc eminentiam habentibus, crimen tamen non committatur, istius generis demonstrationes assentire est quàm absurdissimum.

Nihil nunc temporis usquè a Gallistis fuit probatum, quinimò eminentias sine effectu, et effectus eminentiis vidos semper ante oculos nobis posuerunt.

Toto tamen cœlo non errant cum nonnulli casus et omninò segregati ab illis nobis designantur, sed analogia exceptiones excludit, quia eminentia post admissa effectus eam sequi debet, hoc non semper existit, istius pyrronici systematis error est igitur quàm patentissimus.

DE CRANIOSCOPIA

secundùm Gallum.

Hoc verbum *cranioscopia* ex *cranion*, *eranium*, et ex *scopco*, *ego examino*, deducitur, et cranii examen significat, atque cerebri evolutionem simplici tactu cognoscere ei est objectum. Intellectualis facultas, eodem systemate admissa, quo homo necessariò agere cogitur, ipsomet etiam cognoscitur.

Primum Cranioscopiæ suppositum objectum videamus.

Unaquæque cerebri facultas suum habet locum et eminentia, quæ os ei, ut simplicem pellis exterioritatis per tactum atque per capillos eam abscondentes sit cognita, præstare cogit, ab ipsa facultate formam accepit.

Triginta et quinque facultates ab Spurgheim Galli discipulo inventæ, et quibus rationabilia subjiciuntur, sic explicantur.

DE PHRENOLOGIA

secundum Gallum.

Hoc verbum ex Phren *intelligentia* et logos *sermo* vel *oratio*, de materiale cerebri intelligentia ratiocinationem significantibus oritur.

Hoc a systemate cerebrum triginta et quinque in organa hac forma dividitur.

<p>PRIMUS ORDO. <i>Affectivæ facultates.</i></p>	<p>Inclinationes</p>	<p>A. — Alimentum. 1. — Amor. 2. — Philogenitura. 3. — Habitatio (concentratio). 4. — Affectio (adhæsió). 5. — Concertatio. 6. — Destructio. 7. — Secretum. 8. — Adquisitio. 9. — Constructio.</p>
--	----------------------	--

PRIMUS ORDO.
Affectivæ facultates.

SECUNDA
SPECIES.

Animæ affectio-
nes.

10. — Philantia.
11. — Approbatio.
12. — Circumspectio.
13. — Bonitas.
14. — Veneratio.
15. — Firmitas.
16. — Conscientia.
17. — Spes.
18. — Admiratio.
19. — Idealitas vel cerebri
informatio.
20. — Lætitia vel gau-
dium.
21. — Imitatio.

SECUNDUS ORDO.
Intellectuales facultates.

TERTIA
SPECIES.

Perceptivæ
facultates.

22. — Individualitas vel
individui relatio.
23. — Configuratio.
24. — Extensio.
25. — Gravitas et resis-
tentia.
- B. — Tactus.
26. — Color.
27. — Adjuncta ad loca
pertinentia.
28. — Calculus.
29. — Ordo.
30. — Eventus sive even-
tualitas.
31. — Tempus.
32. — Sonus.
33. — Locutio.

SECUNDUS ORDO.	}	QUARTA SPECIES.	{	34. — Comparatio.
<i>Intellectuales facultates.</i>	}	Reflectivæ facultates.	{	35. — Causalitas.

Locum, quod his numeris in cranio invicem est, ut materies potiùs intelligatur, explicare nunc temporis veniamus.

DE PHRENOLOGIÆ LOCALITATE

juxtà Gallum etiam.

Triginta et quinque eminentiæ, in cranio residentes, a Gallo et Spurheim supponuntur, atque ut faciliùs hoc intelligi possit, lineam ex narium origine ortam et in nucis centro ejus finem habentem supponere etiam debemus.

Cranii superficies duabus in partibus ergo dividitur. Quatenùs aliud latus explicantes, alterum in alio ei respondente inveniamus, quodlibet organum duplex esse, dicere, reverà sufficit.

Ex naribus incipiens vigesimus secundus numerus individualitatis organum usquè ad nucem procedit.

Eventualitatis organum trigesimus suprà designat. Comparationis organum in trigesimo quarto ipsomet loco, quo capilli nasci incipiunt, videmus. Capitis super planum decimus tertius bonitatem ostendit, postea in decimo quarto veneratio et infrà in decimo quinto firmitas inveniuntur. Decimo etiam numero philantia (erga se ipsum amor) tertio habitatio, et secundo, qui est ultimus super nucem, philogenitura (erga filios amor) exprimuntur.

Spatium inter supercilia repertum vigesimo secundo numero, de quo jam sumus locuti, atque oculus in septem organa ita dividuntur.

Oculi globus in trigesimo tertio verborum et ipsius oculi angulus, naribus proximus, in vigesimo tertio configurationem nobis proponunt. In vigesimo quarto distantia, vigesimo quinto gravitas et resistentia, vigesimo sexto color, vigesimo tertio ordo inspicuntur. Externo oculi in angulo octavo et vigesimo numero calculum, coram trigesimo, qui frontis in centro est situs, paralelam super supercilium arcus describentes, vigesimo septimo adjuncta ad loca pertinentia, in trigesimo primo tempus atque in trigesimo secundo sonum invenimus. In extremis nonus numerus constructionem, infra trigesimum quartum trigesimus quintus eventum vel eventualitatem significant. Numero vigesimo lætitia vel gaudium propè angulos in fronte formatos atque capillorum origini proximos reperiuntur. Eadem per lineam descendentes in decimo nono idealitatem vel cerebri informationem invenimus.

Decimus quartus numerus jam enarratus, lineæ, aurium directionem secutæ et caput duas in partes inexactè æquales dividens, centrum constituit.

Hæ equidem partes una ex tertia anteriore et ex duabus aliis tertiis posterioribus componuntur.

Si, quemadmodum supra fuit dictum, descendamus, decimum quartum post numerum decimus septimus spem explicans inspicitur.

Octavus acquisitionem, septimus infra aures situs secretum, propè decimum tertium vigesimus primus imitationem et propè decimum quartum etiam decimus octavus admirationem explicabunt. Decimo sexto conscientia sita est. Decimum super numerum, curvam posteriori capitis in parte lineam describens, undecimus approbationem designat.

Circumspectionem duodecimus postea describere venit.

Quartus, tertio proximus, affectionem nobis ostendit.

Quintus, concertationem significans, secundi super cus-

pidem in nuce ejus finem habentis et aurium directionem secuti, locum habet.

Sextum numerum infra aurium papilionem, destructionis organum, interfectoribus proprium invenimus.

Primus secundo superior amorem denique dicit.

OBJECTIO ADVERSUS GALLI DOCTRINAM.

Si Galli sententiam prosequamur, animæ existentia negatur, quolibet organo omnibus viribus agenti necessaria utpotè causa a Gallo enim viso, neque anima neque libera actio existere possunt.

Nemini, quod ei non est, neque plus quam ille habet, dare possibile est, cerebrum est materia, materiam igitur tantummodò dare potest, et cum ideæ aliquid materiale non sint, a materia ergo produci non possunt.

Nullum corpus cogitare potest, atqui hominis cerebrum corpus est, hominis ergo cerebrum cogitare non potest.

Si a compositis corporibus arbitraria phenomena (quod necessaria eorum proprietatum a conditione longè abest) produci possent, generationum serici ordo penitus abesset, hac serie tamen usquè nunc temporis nunquam destructa, omnibus generationibus alioquin generatoris conditioni semper respondentibus, idearum ergo a cerebro omninò materiale productarum impossibilitatem videmus quàm apertissimè.

Hoc systema, ad imaginationem absurditatibus ex locatione provenientes ludendam, per seipsum sufficit.

Si alicujus imperii ducem organo, sexto numero contento et destructionem producente ornatum supponamus, si senatus majori capitum numero secundùm undecimam notam approbationem significantem præditus nobis videat-

tur, et cum hoc generaliter adveniat, quia imperii renes habentes ipsiusmet senatus majoritate funguntur (ea de causa existentia undecimo numero explicata absque dubio Gallo in mentem venit) quid accideret, mihi dicatur, nunc temporis cupiam? Quot ergo errores, quot dènique disturbia hoc probabili infortunio committerentur!

Hoc Opusculum, physiologiæ et anathomix explicandæ ergo, minimè fuit factum. Cum plures tamen hanc artem non profiteantur, cranii et cerebri explicatio, ad physicam impossibilitatem probandam, mihi necessaria videtur.

DE CRANIO.

Octo cranii ora in sex propria et duo communia dicta dividuntur.

Primum ab exteriori parte planum et ab interiori inæquale, mediæ circuli figuram habens, coronale nominatur. Hoc enim os, frontem formans, quatuor apophyses, (osis eminentias) oculi concavitate medium suprâ constituentes, continet. Duo foramina hinc et inde in supercilium centro, ad amplum cujusdam nervii cursum expediendum, illi sunt. Aliud internum foramen super apophisim, Galli cristam appellatam, quod superioribus ex sinibus proficiscitur, ab eo etiam habetur. Quatuor fossæ (foramina quædam non ingressu sed egressu carentia) ei etiam sunt. A duabus, quæ oculorum sunt concavitates, exterior pars, et a duabus alteris fossis, mamillæ cerebri cursus recipientibus, interior occupatur. Duo sinus (concavitas exteriùs stricta et interiùs extensior) superciliares nominati ei quoque sunt.

Secundum os occipitale appellatur, ejus configuratio tribus acuminibus componitur, quorum concavum interiùs exteriùsque gibberosum est, atque posteriore in parte ni-

titur, per lambdoideam suturam parietalibus et temporalibus Ephenoïdique adjungitur.

Duas apophises, nomine coronatas, quæ duabus primæ vertebræ cavitatibus recipiuntur atque caput eis per arthodiam adjungentes (minus enim cujuslibet ossis caput minori alterius in cavitate ingreditur) etiam includit.

Duæ aliæ interiùs atque tertia magnum medullæ per foramen descendens duasque cerebri eminentias disjungens, præcenditibus apophisibus respondent.

Duo etiam foramina cranio communia atque petrosis, qui vagis nerviis aliæque ex carotidibus jugularique internæ venæ viam hinc et inde aperiunt, et altera quinque ei propria, per quod magnitudine præditum spinalis medulla exit, duo etiam motoriis linguæ nerviis servientia, duo etiam altera, quæ cerebralibus arteriis ingressum præstant, duas denique internas fossas cerebello utiles et necessarias involvit.

Tertium et quartum os, quadrata figura, et unumquodque capitis latus occupans, parietalia dicuntur. Hæc equidem ossa sagitatem per suturam (a qua caput longitudine dividitur) frontis ossi per coronalem, petrosis falsam per suturam atque per lambdoideam occipitali adjunguntur. Plana est eorum superficies, locique, ab arteriis occupati, signa ab interna exhibentur. Quintum et sextum os petrosa temporaliaque vel temporum ossa dicuntur. Eorum superior et acuta pars spinosa inferiorque petrosa nominatur. Horum ossium inæqualis est configuratio, atque nisi attentè inspiciantur, cognosci minimè possunt. Parietalibus superiore et posteriore ex parte, occipitali, inferiore et anteriore, Ephenoïdi hæc ossa adunantur.

Duæ internæ apophises, unum et alterum latus, in quibus auris cavitates et ossa involvuntur, claudentes, tres externæ, quarum prima et major mastoydes (ossis exitus papillæ similis) secunda longa et acuta estiloydes (cujus

exitus subulæ similitudinem habet) atque tertia zigomatica appellata (sutura, qua petrosi ossis exitus alio pomuli cum exitu conjungitur) a quinto et sexto osse possidentur. Tria etiam interna foramina, duo communia, aliud cum ephænoide jugulari venæ serviens, alterum cum occipitale aliæ ex carotidibus necessarium et ad interlateralis nervii exitum utile, his ossibus sunt.

Aliud proprium foramen aurium nervio necessarium, quatuor alia externa, quorum aliud zigomatis foramen dicitur, et faciei commune est, aliud proprium aurium foramen, aliud etiam inter mastoydeas apophises, ex quibus dura aurium nervii portio exit, existens, aliud dènique aquæductum nominatum continent.

Duæ internæ fossæ, cerebri basem recipientes, aliæque duæ externæ, ad inferiorem mandibulam articulandam necessariæ, ab eis habentur.

Unumquodque ex petrosis sinum aurium ossa claudentem includit. Et ossibus cranio et faciei communibus ephenoïdes infra crasum et propè tempora acutum, magnitudine atque durezza mediocre, capitis ossa attingit et ex eis ephenoïdeam per suturam dividitur, primum tamen locum conservat.

Tres internæ apophises, *clinoïdeæ* appellatæ, in quibus pituitariaglandula sita est, atque duæ externæ, *ptirigoïdeæ* nominatæ, huic ossi èquidem sunt.

Duo etiam foramina, petrosis communia, jugulari venæ utilia et duodecim alia propria, quorum six quoque latere ad egressum queisdam vasibus aperiendum sunt sita, inveniuntur.

Tres fossas, internam aliam pituitariæ glandulæ necessariam et duas externas *ptirigoïdeis* apophisibus hinc et inde contentis atque duos etiam sinus hujus glandulæ locum occupantes possidet.

Secundum os commune *esthenoides* dicitur, cribro spon-

giisque assimilè, in cranio minimum, inferiore fontis in parte est situm atque narium os involvit. Coronali per esthenoideam et ephenoidi ephenoideam per saturam adjungitur, superior ejus pars porosissima est, inferiorque nares duas in partes dividit, colateralis etiam pars oculi concavitate parti, foramen, nomine orbisarium, per quod a nervio transitus fit, continenti, formam imponit. Interna apophysis, Galli crista appellata, cum qua dura mater, duos mamillares cerebri processus] dividens, conjungitur, ei etiam est.

Esthenoidis foramina pluribus odoratus nervosis fibris viam adaperiunt.

Quosdam musculos, in cranio contentos, ad meum rerum finem hîc explicare, mihi necessarium non videtur.

A peristio, levissima membrana et maxima sensibilitate prædita atque ab alia, *pericranio* appellata, clauso, cranium recluditur. Hæc ethimologica verba ex græcis *peri*, *circumversus* et *ostio*, os significantibus oriuntur. Arteriæ et vasa ei sunt, atque pelle capillisque opertum invenitur.

OBJECTIO ADVERSUS GALLI DOCTRINAM.

Cranium ejus eminentiarum rationem, aliis in capite minimè inventis, per seipsum nobis probabit. Hæ enim eminentiæ secundum faciei et cranii configurationem et non juxtà Galli apophisium extensionem, ut probari per locationem conatur, sunt magis vel minùs extensæ.

Istarum eminentiarum illusio inde colligitur.

Eminentis licet suppositis, earum effectus verus non esset, quia nihil sufficiente absque ratione fieri potest, quòd ex nihilo nihil fit, nihil scilicet sua natura absque causa formaliter vel eminenter aliquid continenti producitur.

Homo, quia libertate fungitur, creationis finis est, eminentiæ libertatem, quæ est necessaria causa, destruunt, et cum duo contraria eodem in individuo, quin diruantur, existere non possint, Galli etiam eminentiis admissis, hujus systematis, utpotè sufficiente ratione alieni, quemadmodum diffusiùs probabo, error invenitur.

DE CONTINENTIBUS CEREBRI PARTIBUS.

Cranio post levato præcipuè suturas versùs, quæ sutilia et sanguinea sunt vasa, durà ex matre usquè diplo-tium ingredientia, innumerabilia duram super matrem puncta inspiciuntur.

Duæ membranæ dura et pia mater, *meninges* dictæ, prima crassitudine et secunda tenuitate prædita, infra cranium inveniuntur. Ejus densitate et crassitudine dura appellatur, atque ejus subtilitate pia dicitur.

Dura mater cranium interiore parte operit, et duobus fibrarum ordinibus ad tendonum naturam accedentibus componitur.

Hæ fibræ decussatæ et strictè intectæ sunt, atque duas in membranas dividi possunt.

Alia earum pars, quæ cranium tangit, durior est, et altera adversa subtilior, alba simplexque apparet.

Dura mater duplicata non cerebrum solummodò ex cerebello segregat, sed idem cerebrum etiam dua in hemisphæria vel duas in dimidias partes per sagitalis suturæ longitudinem atque cerebellum superficialiter in dexteram et sinistram partem dividit. Hæc duplicatio, quia falcis figura ei est, falcea messoria appellatur. Initio occiput versùs ampla est, atque anteriorem capitis partem versùs stricta paulatim devenit, interioreque ossis cribro assi-

milis, Galli cristæ appellati, apophise acutam eam invenimus.

Duræ matris duplicatio quatuor canalia vel extensos sinus, primum aliis ampliores et longiores involvit. Hic primus sinus longitudinalis nominatur et ex narium radice usque ad sagittalis suturæ radicem supra falces et cerebrum procedit, atque infra lamboydem finit.

Secundus et tertius sinus *collaterales* appellantur, ubi primus finit, illi incipiunt, atque per cerebelli latera hinc et inde descendentes, in internis jugularibus venis finiunt.

Quartus sinus, minor et curtior, ubi longitudinalis superior finit, inde oritur, atque duo magna in brachia, quæ alia in plura divisa plexum choroydeum in cerebri ventriculis formare veniunt, dividitur.

Alii etiam sunt sinus, quorum explicatio, ad meam provinciam adimplendam, mihi necessaria minimè videtur.

Duræ matris arteriæ ex carotidibus, quæ per ossis, *ephenoides* dicti, foramen transitum faciunt, nascuntur. Ejus venæ in longitudinalem et lateralem sinum sanguinem effundunt, ejusque nervia ad quintum et octavum cerebri par attinent, atque vasa habet limphatica.

Duram et piam inter matrem subtilissima et diaphana membrana, *arachnoydes*, quia araneæ telæ est similis, appellata reperitur. Hanc infra membranam pia mater cerebro strictè adjungitur, et non illud tantummodò operit, sed in ejus orbicis motibus et circumvolutionibus, sua sanguinea vasa introducendi ergo, pluribus arteriis venisque ab ea possessis, etiam ingreditur. Multæ parvæ glandulæ, quarum filtratio duas meninges humidat reddit, in ea quòque reperiuntur.

DE CEREBRO JUXTA ANATOMIAM.

Dura et pia matre levatis, cerebrum, magna glandula conglomerata, cranii cavitatem occupans apparet. Ejus magnitudo omnium animalium, elephantis etiam inclusi, proportionis regulæ auxilio, craniis comparatis, major est. Hæc glandula duas in partes, anteriorem et majorem, cerebrum appellatam, et posteriorem, cerebellum dictam, dividitur.

Cerebrum duas in subcorticalem vel ceniraceam aliam, quia cerebrum circumscindit, quæ est subtilior et temopea, alteramque medullarem vel in centro callosam, quæ albius duriorque est, dividitur.

Ceniracea seu corticalis quasdam circumvolutiones vel orbicos motus, subtilium intestinorum motibus similes, in ejus exteriore superficie format. Hæ circumvolutiones non trigintarum et quinque eminentiarum, quæ a Galli systemate explicantur, numero solummodò minimè respondent, sed colocationis, qua describuntur, uniformitate etiam dispares sunt. In omnibus cerebris eas æquales forma esse observatur, et quatenus earum per centrum a sanguineis vasibus, a pia matre conductis, exitus atque ingressus fiat.

OBJECTIO ADVERSUS GALLI DOCTRINAM.

Eminentias a corticale parte formatas triginta et quinque non esse, easque simetricè secundum formam a tali systemate præscriptam non vitas neque substantia esse diversa, hac ex veritate colligitur.

Fibrarum, quæ diversis functionibus sunt præditæ, agglomerationes, mutationemque in colore et perceptibilem inter eas comparationis resistentiam minimè cognosci, quia partes ab eis numero primo et sexto designatæ inter se oppositæ in corticale parte tamen conveniunt, inde etiam deducitur.

Tale ergo systema dementia est quàm maxima.

Hoc inegabile et convincens argumentum ad systematis destructionem per se sufficeret, cerebri explicationem tamen prosequamur.

DE CEREBRO JUXTA ANATOMIAM.

Corticalis substantia medullare est obscurior, quia aliquid sanguinis ei colorem præstans invenitur atque est etiam subtilior, idcirco quòd fibræ, quò liberum sanguini in eis ingredienti cursum relinquant, sunt minùs conjunctæ minùsque compactæ. Medullaris tamen substantia, minori a fibris spatio pro contento, albior est atque solidior, atque sanguine in ea minimè ingrediente albedinem semper conservat. Hæc medullaris substantia nihil aliud est quàm fibrarum ex glandulis exeuntium conjunctio. Glandulæ nervosum succum recipiunt, et plura membranarum in brachia velaminaque divisæ, quadraginta et tria nerviorum paria constituunt.

Corticalis substantia nihil aliud est quàm nutritiarum glandularum, arteria in eis ingrediente et vena piam matrem versùs atque fibra medullari substantiæ utile ex eis exeuntibus, conjunctio. Hujus magnæ glandulæ in centro quatuor ventriculi, duo superiores, alius medius et alter posterior inveniuntur. Tres primi in cerebro et quartus oblonga in medulla hac forma sunt siti.

Si horizontalis infrà messoriam falcem usquè ad callo-

sum corpus scissio fiat, duæ magnæ concavitates, quæ superiores sunt ventriculi, anteriores vel laterales etiam dicti, reperiuntur. Earum figura curva dimidiæ lunæ instar apparet, atque cerebri in centro, quia parva differentia coronale ex osse ac ex occipitale, eademque etiam ex cranii base ac ex vertice est eorum distantia, sunt positæ. Hi duo ventriculi a lucido septo segregantur. Hoc est utpotè vallum a subtilissima medullaris substantiæ portione formam accipiens, et quadam piæ matris extensione operatum atque internam ventriculorum partem induens. Lucenti vel splendenti referentia lucidum appellatur.

A Silvio, communicationis viam lucido septo esse, et a Malpigio, ejus fibras directas esse anterioreque ex parte usquè ad posteriorem longitrorsum procedentes, fuit observatum.

Anteriore hujus septi parte alia etiam via usquè ad mammillares processus transitum faciens reperitur.

Estriadea vel linearia corpora duæ sunt cerebri cineriores eminentiæ vel portiones, quæ quemlibet ad ventriculum pertinent.

Concameratum corpus vel fornix quædam medullaris portio est, et posteriore duorum anteriorum ventriculorum parte situm. Hujus formicis forma architecturæ regulis perfectè convenit tribusque ejusdem callosæ substantiæ columnis, anteriore alia et altera posteriore nititur atque idem servitium, quod ab arte formatæ, agunt, cerebri ponderis sustentationem scilicet, præstat.

Duabus columnis posterioribus anteriorem partem versùs segregatis tertius ventriculus apparet.

Major Coroydei vel rectiformis plexi portio, quæ nihil aliud quàm subtilissima piæ matris tela est, innumerabilibus carotidarum arteriis atque parvis venis, a quarto duræ matris sinu procedentibus, limphaticis quidem vasibus minimisque glandulis, quæ microscopii auxilio inspicere tantummodò possunt, operata reperitur.

Tertius ventriculus duorum superiorum ventriculorum concursus est atque conjunctio. Intermedii ventriculi nomen, non quia duos inter primos et quartum tantummodo est situm, sed quòd æquale ex occipitali ac ex coronali osse distantia etiam centrum ferè occupat, ab eo accipitur.

Duæ equidem viæ, quarum alia pituitaria cum glandula altera que quarto cum ventriculo communicat, ei sunt.

Pinealis glandula ex ejus figura, quæ nucis pinea est, nomen accepit. Via, per quam tertius ventriculus quarto respondit, ingressum occupat. Dura et non clarissima substantia est prædita, atque quadam subtili membrana operitur. Parvi pisi magnitudinem habet atque duobus lateribus plexum Coroydeum amplectitur.

Tertio ventriculo pedetentim aperto, quatuor eminentiæ, anteriores duæ orbiculares appellatæ et duæ alteræ posteriores, præcedentium apophyses vel minores orbiculares dictæ, inspiciuntur.

Hic enim ventriculus rotundam viam, de qua jam locuti sumus, infundibulum, quia infundibili figuram habet, appellatam, continet. Strictissima ejus pars cerebri basem versùs pituitaria in glandula, quæ equina residet in sella, finit.

Piæ matris extensione hic ventriculus constituitur, atque in cadaveribus limpha plenus apparet.

Admirabilis retis vel rectiformis plexus equinæ sellæ atque pituitariæ glandulæ lateribus continetur et nihil aliud est quàm subtilissimorum vasum in glandula partialiter existentium conjunctio. Hæc retis in animalibus maximè percipitur, atque in homine ferè imperceptibilis est.

Quatuor inter orbiculares eminentias quædam cavitas vel via, quæ usquè infrà cerebellum extenditur, quartus ventriculus appellata, invenitur. Ejus acumen, quia spinali in medulla calami instar ad scribendum utilis finit

scriptorius calamus appellatur. Duæ apophyses, vermi similes, vermiformes ideò dictæ, quarum alia viæ initium et altera spinalem medullam versùs hoc in ventriculo reperiuntur.

Quædam eminentiæ superiore hujus ventriculi parte existentes atque communicationem cum infundibulo præstantes Varolii pontem constituunt.

Cerebellum seu parvum cerebrum medullare est corpus infrà cerebrum occipitalis ossis in fossis situm et duo in brachia, quæ oblonga cum medulla communicantia claram cavitationem, quæ quartus est ventriculus, in medio relinquunt, dividitur. Ejus figura potius lata quàm longa, ejusque magnitudo sexies cerebri magnitudine minor est, sed duriolem crassioremque habet substantiam. Cerebellum duo in fragmina ex cerebri posterioribus per duræ matris duplicationem sejuncta dividitur. Duplici ex genere substantiæ utpotè cerebrum componitur.

Exterior substantia cinerea et glandulosa corticali similis est, interiorque est etiam alba et medullaris, atque arboris ramis et foliis ornati figuram ante oculos mittit.

DE NERVIIS.

Oblonga medulla magnum est medullare fragmentum, quatuor ex portionibus vel brachiis tanquam ejus radicibus constans. Horum fragmentorum duo maxima anteriore in parte existentia ex cerebro oriuntur, aliaque duo minora, quæ inferiore in parte locum habent, ex cerebello procedunt.

Hæc medulla cranii basem occupat, et magno occipitalis ossis in foramine finem invenit. Hoc in loco ejus nomen relinquit, et spinalis, quamvis eadem sit atque semper progrediens, medulla postea appellatur, in latereque

coràm cranii base posito eminentiam annullarem dictam continet.

Duodecim nerviorum paria oblonga ex medulla atque ex spinali triginta et una paria exeunt, et quia bina exitum faciunt, parium nomen accipiunt. Unumquodque quodlibet per latus hac forma exit. Primum par olfactoria sunt, quæ a majoribus processus seu mamillares apophises appellabantur. In brutis concava et in homine imperceptibilia sunt, estriadeorum corporum ex base tres per radices vel tria per filamenta, quæ ultra cerebri superficiem et profundè in organi substantia se extendunt, nascuntur. Hoc par, apophisim, Galli cristam, diversa in filamenta sejungens, ejus cursum ossis cribro assimilis per foramina facit, atque usquè ad nares, ubi membrana odoris immediatum organum ab eo est constituta, etiam progreditur. Secundum par optica sunt, quæ a tuberculo quadripartito estriadeorum corporum extremitatem medullari in parte occupantia nascuntur, et ea de causa opticus talamus dicitur. Singula hinc et inde atque postea paulatim proxima deveniunt, quoadusque equinam super sellam coram fundibulo conjunguntur. Inde etiam singula invicem oculos versùs sese dirigunt, et ab oculi motoriis circumdantur. Tertium par oculorum motoria sunt, ex oblongæ medullæ base propè idem infundibulum orta atque per optici foramen ephenoideo in osse transitum facientia, in quatuor brachia, quorum tria in oculi et palpebrarum musculis distributa et alterum crotafiteum vel temporalem per musculum cursum habens, singulatim dividuntur. Quartum par pathetica sunt, et omnibus inferiore oblongæ medullæ ex parte propè majores minoresque orbiculares nascentibus sunt subtiliora, quia omnis generis affectionibus exprimendis serviunt, pathetica dicuntur. Quatuor dividitur in brachia, quorum primum, magnum obliquum oculi musculum versùs, aliud superioris labii musculos

atque nares et palpebras, alterum narium membranam, quartumque dèniquè temporalem musculum versùs se dirigunt. Quintum par tricidum est (nervia tripartita) annullari ex eminentia propè patheticam oritur. In tria dividitur brachia, quorum primum obstalmicum, secundum genale vel maxillare superius, tertiumque genale inferius appellatur. Quòd alia in tria brachia etiam dividitur, tricidum nominatur. Obstalmicum brachium, postquam quædam filamenta opticum circumdantia emisserit, choroydeum per plexum repanditur et duo in brachia dividitur, quorum majus alia in duo sejungitur, et aliud orbitarium externum per foramen, alterumque per supercilium foramen exeunt. Frontalis nervii in fronte finientis, orbitarii palpebrarum muscoli, lacrymalis glandulæ et narium temporum nomen accipit. Horum primum subtilius, orbitarium internum per foramen transit, atque ossales in membranas narium laminas operientes ingreditur.

Genale vel maxillare, superius inferiusque brachium, cum superioris et inferioris mandibulæ nerviis quasdam anastomases habent, atque mediis in dentibus confunduntur.

Sextum par, motorium oculare, externum nervium appellatum, propè pyremidales eminentias nascitur, atque ex cranio eodem in loco, ex quo tertium quartum que exeunt, ejus exitum facit. Hoc par indignatarium oculi per musculum penitùs distribuitur, atque quoddam parvum brachium ad interlaterale componendum, cum quibus quintum par, interlateralis directionem secutum, viam facit, emittit.

Septimum par *faciale* nominatur et ex Varolii ponte vel annullare protuberantia oritur. Hoc enim nervium plures anastomases continet, atque ita singulariter extenditur, ut a pluribus antiquis auctoribus parvi sympathici seu parvi interlateralls nomen ei imponeretur.

Octavum par, acusticum vel auditivum dicitur, atque

posteriore annularis oblongæ medullæ eminentiæ ex margine procedit. Hujus nervii historia diffusa est, quia primum duo in brachia et postea quamdam magnam in portionem segregatur. Postquam cocleæ membranam internamque semicircularium canalium partem et portionem subtilem dictam constituerit, dura portio per foramen fallopii aquæductum transit, atque quædam brachia ita emittit, ut in auribus, pericranio, temporalibus musculis, fronte hioideis musculis, labiis, palpebris; parotideis glandulis et in colli tegumentis etiam distribuatur.

Nonum par, pharyngium glossum dicitur.

Faciale ex nervio vel ex pneumogastrico et potius propè hoc ipsa in via, olivares rectiformis corporis eminentias dividente, originem habet. Ejus ramificationibus et anastomosis plura filamenta, quorum alia auditivam viam et linguam admirabiliaque etc., versùs cursum tendunt, constituit.

Decimum par, pneumogastricum nervium ex præcedente olivarium eminentiarum adversa parte immediatè nascitur. Hoc nervium ex pluribus componitur filamentis, cum quibus aliud etiam nervium spinale dictum, et a Willio accessorium appellatum, conjungitur. Pneumogastricum vel vagum nervium postquam ab spinali fuerit sejunctum, per collum et pectus descendit, laringi et faringi, cordi, pulmonibus, bronchiis et stomacho brachia suppeditat.

Sed cum internam per carotidem propè axilarem transeat, recurrens nervium, quia retrorsum viam facit, ita appellatum, expedit. Ejus descriptio in diffusionem incideret, plura tamen filamenta interlaterale seu sympathicum nervium versùs ei sunt, atque a duobus pulmonaria et cardiacea nervia ideò componuntur.

Undecimum par, hypoglossum seu linguale vel linguæ motorium nominatur. Decem vel duodecim subtilissima

per filamenta nascitur, et ante ea vertebralis arteria transit, eorumque origo pyramidales olivaresque inter eminentias est sita. In ejus cursu cerbicale descendens brachium et linguale ab eo fuerunt constituta, omnibus ejus ramificationibus post factis, ferè pollicari a linguæ acumine in longitudine finit.

Duodecimum par, spinosum dictum, accessorium Willii nervium est (nervium ad par vagum accessorium). Hoc nervium majori vel minori ex cranii distantia spinali in medulla nascitur.

Vertebrarum primum ab aliis et cerebri utpotè duodecimum ab aliis dicitur. Quædam dat brachia, anastomasesque constituit, atque aliud ex brachiis magis vel minùs supra trapecium musculum ascendit.

Oblonga medulla semper progrediens ex cranio exit, et quia canali a vertebra constituto inclusa, sacri ossis usquè ad extremitatem descendit, spinalis medulla appellatur. Oblonga anteriore cerebri parte, ubi olfactoria nervia nascuntur, incipit, magnum occipitale foramen versùs procedit atque prima in vertebra finit. Quatuor funiculis, quorum duo ad cerebrum et duo alia ad cerebellum attinent, constat. Hi enim funiculi jam explicatis nerviis et triginta atque uni dorsalis spinæ etiam nerviis originem præstant, vitæque motus quoniam voluntarii motus sunt, équidem efficiunt. Omnium impressionum, quæ in cerebrum adductæ, medullari ejusdem in parte sensationes instituunt, sunt etiam instrumentum.

Quadraginta et tria nerviorum paria modo usquè nunc temporis minimè cognito, quia optica instrumenta ea invenire non potuerunt, totum per corpus eorum ramos extendunt.

Triginta et unum reliqua paria spinali ex medulla oriuntur, atque per vertebra nervio hinc et inde sito exeunt. Quædam inter ea nerviorum paria, impressionum trans-

missionis gratia, et alia contractiones vel voluntarios motus voluntatis auxilio determinandi ergo, factis experimentis, existere videntur. Sed major eorum pars nervosarum fibrarum conjunctione, quarum aliæ alia, aliæ alia facultate funguntur, duarum extremitatum locum occupant.

Fibræ duas diversas per radices segregatæ, alia aliæ anteposita, ubi nervia nascuntur, spinali in medulla existunt. Anterior radix apud motus atque posterior apud sensibilitatem valent. Cum oblonga et spinalis medulla nihil aliud quàm imperceptibilem medullaris cerebri et cerebelli substantiæ filamentorum sit conjunctio, nervia hanc versùs partem impressiones sensationesque transmittentia eorum actionem dirigere videntur. Corticalem partem versùs, ad statum vivificantium cerebri virium nutriendum sustinendumque, usque hodiè tantummodò utpotè utilem cognitam, eorum actio, mea quidem sententia, a nerviis minimè dirigitur.

DE NUTRITIONIS VITA.

Magnum sympathicum interlaterale seu trisplanchnicum nervium ab omnibus aliis est penitùs diversum, nervium verè non est, quinimò quædam nervosorum systematum inter se communicationes habentium congeries. Ejus originem a quinto sextoque oblongæ medullæ pari et ab omnibus spinalibus paribus accipit, atque per collum, pectus et abdomen sese diffundit. Bichat duas vitas, relativam aliam, alteramque organicam animalibus concedit, atque duo etiam musculorum cuilibet vitæ respondentium systemata existere supponens, de nerviis idem esse, ei in mentem venit. Idcirco duo nerviorum systemata, cerebralium spinaliumque animali vitæ pertinentium aliud, alterumque gangliorum, ad organicam vitam distributorum, admittit.

Doctrina de duobus nervosis systematibus a Bichat proposita in errorem incidit.

Spinalia enim ganglia a posterioribus vertebralium nerviorum radicibus formata eamdem ac aliorum naturam, eamdemque configurationem et structuram habent, atque ab ancephalis nerviis solummodò constituuntur. Hæc difficultas a Bichat vinci numquàm potuit. Hæc ganglia ab aliis esse diversa, sustinet, quia voluntarii motus ab illis secundùm ejus sententiam et non a magno sympathico communicantur, cum utpotè distinctivam et jam probatam naturam, idem, quod probare conabatur, accipiant.

Ganglia, sicut ab scarpa fuit expertum, parva nerviorum in fila, quæ eorum novam in conjunctionem ad exeunda formanda ingrediuntur, divisione segregantur.

A Bichat, hæc experta minimè repetente, vulgarissimæ omnique sensu vidæ observationes fiunt.

Ganglionarium systema a quinti sextique paris nerviis atque ab spinalibus oritur.

Hæc est tamen differentia. Oblonga medulla quatuor filamentis, cerebri duobus, intrinsecam sensationum, impressionum et voluntariorum motuum qualitatem habentibus, cerebelli duobus aliis, ad involuntarios motus tendentibus, componitur.

Ganglionarium systema idem ac ancephalis systema est, nulla segregatis in centris diversitate visa, hæc tamen magna disparitas, quòd circa involuntarios motus ex cerebro et quoad sensationem cervicalibus ex nerviis pendeat, est observanda.

Cerebellum involuntariorum motuum fontem originemque esse, a Willio jam fuit dictum, sufficientem tamen rationem, quia experta non fecerat, minimè exhibebat.

Quamvis hoc novum inventum utilitate medicæ scientiæ sit quàm maxima, de eo nihil enarratum usquè nunc temporis invenitur.

Quoad sensationum diversitatem nulla alia præterquam organicarum modificationum lex, quæ, ut aliæ partes impressionibus magis vel minùs sint sensibiles, facit, quemadmodum visu cum auribus etc., probatur, admitti potest.

OBJECTIO ADVERSUS GALLI DOCTRINAM.

Si cinerea cerebri pars sensationum pars esset, armorum ictus, a quo quædam corticalis partis circumvolutiones jam fuerunt destructæ, ratiocinationi detrimentum minimè afferret, hoc ex experientia constat, hæc ergo non sensationum pars est, quin potius medullaris, ex qua omnia quadraginta et tria nerviorum paria procedunt.

Cum ad ejusdem cerebri functiones explicare veniam, hoc diffusius a me probabitur, atque objectiones generalia adversus principia, quæ Gallus suo in systemate statuere fuit conatus, nunc temporis prosequar.

DE PRINCIPIIS EX GALLI SYSTEMATE DEDUCTIS.

Primum principium. Cogitationes vel hominis ideæ innatæ sunt.

Secundum. Instinctus, cogitationum, intellectualium facultatum, qualitatum moralium ad quolibet principium attinentium exercitium organicæ conditionis influentiæ subicitur, vel ut apertius loquamur, nulla quamdam adversus eminentiam, quæ necessaria est causa, libera voluntas admittitur.

Tertium. Cerebrum instinctus, cogitationum, aptitudinum, intellectualium moraliumque facultatum organum est.

Quartum. Unaquæque nostrarum intellectualium et moralium facultatum atque cogitationum locum, qui, cranio leviter tacto, statim apparet, in cerebro atque in cerebello continet. Ideòque unaquæque etiam apophysis seu eminentia cerebrum est, a quo quædam functio necessariò adimpletur.

His sub quatuor divisionibus omne Galli systema nititur, atque hæc etiam principia ab eo fuerunt stabilita.

PRIMÆ DIVISIONI OBJECTIO.

Idea, mea quidem sententia, est quodcumque animæ ejus perceptionis vel considerationis ipsomet actu exhibetur, vel quædam spiritualis aut corporea cujusdam rei existentis possibilis impossibilisve figura.

Idcirco duas quæstiones, primam, si ideæ perceptionesque eadem sint, et secundam, unde earum originem accipiant, ex examine provenire, nobis est dicendum.

In materiales et spirituales ab omnibus philosophis unanimiter ideæ distinguuntur.

Impressiones ab externis objectis, visu, exempli gratia, auditu, gustu, odoratu atque tactu ad cerebrum allatæ, materiales, et quædam figuræ anima nostra existentes et a quibus externa objecta nobis exhibentur, spirituales ideæ dicuntur.

Harum primas, ex eo quòd cerebri motus sint, dum perceptiones intellectus cognoscentis sint actus, ab ipsis perceptionibus opus est distinguere.

Nostras igitur ideas partim ex sensibus, partim ex nostræ animæ meditatione et conjectura procedere, certè dicere possumus.

Cerebrum cognoscere, ex hoc nullatenus concludatur,

quin citius exterorum objectorum impressiones, quod anima eas intelligit, sine quibus earum ei esset ignorantia, efficere, a nobis est semper colligendum.

Quatenus clarè et apertè dicam, ideæ hac in forma mihi sunt dividendæ.

Primo loco. Ab earum origine.

Secundo. Ab earum natura atque constitutione.

Tertio. Ab earum cum objectis relatione.

Quarto. Ab earum cum nostra anima relatione.

Primæ, adventitiæ, factitiæ atque innatæ dicuntur.

Secundæ, phantasticæ, intelligibiles, simplices et compositæ nominantur.

Tertiæ, adæquatæ, inadæquatæ, absolutæ, relativæ, abstractæ, concretæ, reales et chimæricæ appellantur.

Quartæ, in claras, obscuras, distinctas atque confusas dividuntur.

Ut magis ac magis veritas elucescat, unumquodque ex viginti et unius idearum generibus intelligendi rationem enarrabo.

DE IDEIS.

Ideæ, quas nostros per sensus, sicut corporearum rerum suarumque qualitatum ideæ recipimus, adventitiæ sunt.

Factitiæ, quas anima per similitudinem, proportionem, associationem vel abstractionem format. Per similitudinem, exempli gratia, cum ex elephantis idea plures elephantés, per proportionem ex homine, naturali statura prædito, gigas vel pigmeus, per associationem cum ex monte atque ex gemmæ nitore fulgentes montes, per abstractionem dèniquè cum res compacta tanquam segregata,

absque corpore figura, atque, longitudo absque latitudine mihi in imaginationem veniunt.

Ideæ, quas animæ unionis cum corpore ipsomet temporis puncto afferunt, juxta Socratem et Platonem innatæ dicuntur, sed secundum Epicuri sententiam sunt primæ ideæ, quæ nobis etiam a teneris unguiculis mundum aspicientibus offeruntur. Hæ sunt naturales ideæ quemadmodum totum quadam ejus parte majus est, aliquid esse et non esse eodem tempore non potest, atque nullam earum notiones habemus, quia jam perceptæ maxima exactitudine concipiuntur.

Ideæ, naturalem per cogitandi facultatem ab anima facile formatæ vel deductæ, a Carthesio innatæ appellantur. Has tamen ideas in materia, cum cerebrum in fœto concipiatur, esse contentas, Gallus putat.

Innatas naturales esse ideas, quæ absque notione concipiuntur, cum hæc operatio, ad materiam minimè attinens, ad animam propriè pertineat, mea est quidem sententia. Phantasticæ ideæ imaginationi respondent. Omnes corporum, rationis entium appellatorum, ideæ, utpotè montis aurei idea, quia nostra in anima et non extra eam existit, tanquam phantasticæ ideæ enarrari debent.

Idea, cui, nostro intellectu adjuti, partes designare non possumus, simplex dicitur, multæque simplices ideæ, uno sub verbo contentæ, composita idea appellantur. Extensionis idea, exempli gratia, simplex est, sed corporis idea, quia ex pluribus conjunctis ceu extensionis, soliditatis, divisibilitatis, gravitatis etc. ideis componitur, composita dicitur.

Ratiocinorum, methodorum atque systematum ideæ associatæ nominantur. Quæ omnes objecti qualitates exhibent, adæquatæ sunt, sed ea, quæ aliqua objecta tantummodo explicet, inadæquata dicatur. Absolutæ, arbitrariæ et chimæricæ ideæ, quia earum objectum ipsæmet sunt,

adæquatæ nominantur. Adventitiæ ideæ, quoniam externa ad objecta referuntur, inadæquatæ sunt.

Ideæ, objectis attentis, absolutæ sunt vel relativæ; quæ ad aliam non refertur, ut solis, lunæ, hominis idea, absoluta, et ea, cui ad aliam est relatio, quemadmodum patris idea, quæ ad filium refertur, relativa dicitur

Hæc verba, magnus, parvus, sapiens, ignarus, pulcher, fædus, dives, pauper, et alia hujusmodi, quia magnus ad parvum, dives ad pauperem et vice versà referuntur, idearum relationes in seipsis involutas habent.

Lineæ, superficiei, prudentiæ ideæ, genericè acceptæ etc., abstractæ, atque Petri, aeris, aquæ, etc., omnesque sensationum ideæ vel a sensationum ideis compositæ, concretæ dicuntur.

Chimæricarum idearum duplex est genus.

Non ideam solùm, cui nullum assimilabile et respondens objectum, ut aureus mons, in mundo sit, sed eam etiam, a qua impossibile objectum, utpotè quadrati circuli idea, significatur, chimæricam appellari debemus.

Idea, cui reale objectum, ut montis, maris etc. idea, respondit, realis nominatur.

Illæ, quæ earum objectum ad eò ostendunt, ut, si exhibeatur, statim illud cognoscamus, utpotè solis, lunæ etc. ideæ, claræ dicuntur.

Quæ ejus objectum ita exhibet, ut haud facilè à nobis cognoscatur, tanquam Jovis, Saturni etc. idea ab astronomicam scientiam nescientibus difficilis cognosci, obscura idea appellatur.

Idea dèniquè, quæ non rem tantummodò, sed ejusdem rei proprietates clarè exhibet, distincta nominatur.

Colorum, gustuum, aliarumque sensationum ideæ sunt distinctæ, licet confusæ etiam sint, sed trianguli vel circuli ideæ claræ sunt atque distinctæ. Si relativas idearum distinctiones exprimere prosequar, in diffusionem inciderem.

Quatenùs, quòd neque triginta et quinque cranii eminentiæ neque cerebri materia eas convinare, distinguere et jam dicta forma producere possint, cognoscamus, earum relatio sufficit.

Cerebralem materiam ad ideas producendas aptam supponamus, môtus reflexione atque ad contraria agenda libertate nudi solummodò essent.

Hoc rerum statu, utpotè bruta, quæ objecto, ad quod fuerunt creata, machinæ sunt necessariae, ordinisque conivatione, methodo, ratiocinio, judiciis & privata, homines essent, et instinctivis actibus præditi absque modificatione et retractiva electione ea sequi cogeremur.

Animalia enim verò, si ideas formare potuissent, humano generi ad eorum condiciones meliores reddendas sese admiscuissent, atque nobis fortiora eorum servos nos facerent.

Idcirco cum præmissa, quæ dedimus, irrui minimè possint, hypothesim, quæ cogitationes ideasque neque in cerebro neque in anima innatas esse, quinimò animam naturali dispositione ei propria, meditationeque et conjectura eas clarè atque exactè cognoscere docet, non probabilem sed potius erroneam esse, necessaria deductione concludemur.

Cum universi Creatoris gloriæ imaginatio mihi in mentem venit, hæc imaginatio absoluta libertate et absque causæ cognitione procedit, atque utpotè libera et sensibili, quod eam per impressiones producere possit, objecto penitus videri, cum ad materiam nullo modo referatur, cranii eminentiæ effectus esse nequit.

Corporei compositi idea minimè est danda, quia nemo, quod illi non est, neque plus quam ille habet, dare potest, imaginatio absolutè libera non est igitur materia, et cum cerebrum materia sit, ideas producere ei minimè fuit concessum.

Corpus materialis machina est, atque, ut animetur, perfectè disposita. Hæc machina a semetipsa nullatenùs intelligi neque nisi machinaliter agere potest.

Natiocinia judiciciaque, actus præmeditatione et intelligentia vidi minimè sunt, corporeum ad compositum igitur non attinent, atque cum ad id non pertineant, Gallistam hypothesim chimæricam reddunt.

Si cogitationes ideasque in cerebro innatas esse concederetur, intelligens cerebrum unicuique ideæ esse necessarium, in materia hoc cerebrum non datur, in structura nèquidem invenitur, falsitatem ergo facilè attingimus. Hoc cerebro licet concesso, unaquæque eminentia non cerebrum tantummodò, sed cogitans anima etiam existeret, et tot animæ quot ideæ cogitationesque nobis essent.

Hoc nullatenùs systema nominetur, quin potiùs dementia dici debet.

DE SECUNDA GALLI DIVISIONE.

Instinctùs, cogitationum, intellectualium facultatum, qualitatumque moralium, quodlibet ad principium attinentium, actionem organicæ conditionis necessariæ influentiæ esse subjectam, a Gallo docetur.

OBJECTIO ADVERSUS EAM.

Motoriam vim materiæ primum non esse statum, sed ei esse datam ab omnibus cognoscitur, machinæque ideò subjici non potest, quin, ad ea ei impressa exercenda, sit disposita et instituta.

Equus volubilis currùs activa vis, currusque passiva est, quæ inertiam solummodò opponere potest. sed activa cum

superior sit, corpora, ut ei absque contradictione submissioneque obedientiam præsentent, semper cogit. Moletrina constructa aquæ activæ influentiæ fuit submissa, sed aqua non moletrina, quinimò gravitatis universalis legis causâ labitur, et moletrina, si aqua minimè laberetur, immobilis semper perstaret.

Hæc veritas activam vim absque subjectione, quin potius absoluta libertate impellere, nobis apertè dicit.

Humanum corpus, utpotè musicæ instrumentum, illud est, in quo omnes toni, chordæ, notæ, scalæ clavesque inveniuntur, absque magistri tamen manibus nihil facere potest. Hæc neque ad musicæ instrumentum factæ neque ei fuerunt subjectæ, quinimò illud, quia manus homini sunt, fuit inventum.

Humanum corpus omnium cujusdam machinæ, eminenter creatæ, perfectionum est vera conjunctio, sed anima quaslibet corporis chordas voluntatis ope, quantum in se sit, absque submissione quin citius absoluta libertate agens, tangere potest.

Anima igitur tanquam activa potentia cerebro submitti nequit, atque multò etiam minùs cum ideæ cogitationesque materia non sint, sed potius ipsius animæ creationes, in quibus sensibilis essentia minimè invenitur, talem ergo submissionem invincibilem per heterogeneitatem credere, in absurditatem incideret.

Si mathematicam profiterentur, corpus motum motorie vi resistentiam opponere, mihi haud dubiè dicerent, sed motum causam esse positivam et materiæ subsequentem at nullatenùs primum ejus esse statum, a me sustinebitur. A nulla igitur exteriore vi id ei fuit concessum. Hæc enim verò vis quadam causa, quæ materiæ ejus inertiam resistit, corporis ergo movendi producitur.

Hæc enim principia admissa, corpus activæ potentiæ, ad motum tendentis, actioni positivè resistere, confitentur.

Nulla modo, nullaque forma idearum creationi, quia alio sunt ordine composita, resistere potest, et cum motus vis voluntatis actus sit, atque ideæ intellectûs spirituales, insensibiles et simplicissimæ sint creationes, apophisibus vel craniî eminentiis corpus minimè est subjiciendum.

Phisicè loquendo quodlibet corpus ab alio corpore, locum ad occupandum, staticæ legibus impelli videmus, sed quælibet idea cum aliquid materiale non sit, corpus non impellit atque spatium ei nèquidem est, quia reciprocæ con-nexiones in ea nullatenùs inveniuntur. Voluntas activa vis est, atque corpus ei resistens eminenter movet, ideæ tamen eadem ac creatoris sunt natura, Creator simplex est, et idea etiam, idearum ergo cerebro submissio invincibiliter impossibilis devenit.

Oppositiones generales leges sequuntur, et idcirco quæ eadem sunt natura, alia exempli gratia adversùs aliam idea, alia adversùs aliam cogitatio, alia adversùs alteram vis, aliud adversùs alterum corpus sese invicem resistere possunt. Quin scientiæ diruantur, atque rationi resistentes in absurditatum abyssum incidamus, contrarium minimè est admittendum.

DE ANIMÆ EXISTENTIA.

Vis, potentia atque facultas, attributa vel substantiarum seu alicujus primi subjecti sunt qualitates. Hoc per se evidens est. Potentia, vi vel facultate rèverà concessis, earum primi subjecti existentia est ergo necessaria Motoria attractionis vel gravitatis, ut meliùs dicam, admissa, ejusdem vis primum subjectum est etiam admittendum, quia intelligendi ratione concessa, aliquod intelligens subjectum debet etiam existere, homo enim intelligit, intelligens substantia ei igitur est.

Actio vel attributum vel potentiæ est effectus, et quòd

potentia absque substantia, cujus potentia est, existere non possit, actio absque activa potentia ideò dari nequit.

Neque actio idcirco neque potentia substantiæ propriè dictæ sunt, quia attributa vel substantiæ seu alicujus primi subjecti potiùs sunt effectus, actione tamen concessa, potentia necessariò est admittenda, intellectione data, intelligibiliter cognoscendi potentia atque intellectiva et cognoscitiva substantia sunt etiam concedendæ.

Cum hæc argumenta nostræ animæ existentiam evidenter ostendant, alia etiam proferre inutile credimus.

His enim præmissis, de intelligentis spiritus existentia, præcedentibus argumentis atque cogitationis conscientia et quòd inerte cerebri in materia existere non possit, convicti, idearum ergo creationem utpotè heterogeneam cranioscopiciæ eminentiis submitti non posse, est nobis credendum.

Cum cerebri eminentiæ vel apophises, earum existentia supposita, absque propria modificatione, quemadmodum probare desideravi, agerent, hoc axioma ejusque inductionem ad meam opinionem magis explicandam in lucem prodam.

Necessariæ causæ omni earum vi semper agunt, lapis, exempli gratia, descendens, omni ejus vi descendit, aqua dilabens, omni ejus pondere atque fluiditate dilabitur, ideòque necessariæ sunt causæ, quòd a seipsis modificari nequeunt.

Cum enim eminentiæ vel apophises necessariæ sint causæ et cum eò quòd omni earum vi agerent, modificari non possint, homini tunc temporis moralis boni libertate uti impossibile etiam est. Hoc morale bonum liberæ actionis cum lege convenientia nominatur, morale malum liberæ actionis cum lege repugnantia est vel legi oppositio.

Hoc ex principio dilema resolutione dignum deducitur : Si eminentia, quæ ad crimen secundum Gallum impellit,

existit, neque libertas neque crimen existunt, et cum criminis committendi libertas ab omnibus admittatur, hæc ergo eminentia in illusionem incidit. Alioquin si eminentia daretur, nullum crimen, nullum bonum vel malum esset, atque crimen tantummodò a necessario Ente, utpotè ipsius criminis efficiente causa, veniret. Hæc imperfectio a nulla alia re nisi a tenebris, quibus Gallus ejusque apostoli fuerunt involuti, inveniri potuit, quia si quolibet in systemate vel quadam in hypothesi justa necessariaque consequentiâ res sese invicem diruentes deducerentur, tale systema vel talis hypothesis impossibilitatem attingerent. Si ex eis sequantur, in eis ergo continentur, et cum contraria sint, ex rebus sese invicem diruentibus componerentur, atque cum nullus, nequidem idem Ens, ex attributis vel proprietatibus sese invicem diruentibus componi possit, hoc igitur systema ex contradictoriis rebus atque æterno in Ente non existentibus componitur.

DE TERTIA ET QUARTA GALLI DIVISIONE.

Cerebrum instinctûs, cogitationum, intellectualium et moralium facultatum organum esse, tertia in divisione a Gallo sustinetur.

Cuilibet nostrarum moralium facultatum et cogitationum aliquem in cerebro, qui simplici super cranium tactu exhibetur, locum esse, quarta in divisione à Gallo dicitur.

His tamen divisionibus responsio a nobis detur.

DE ANIMÆ DEFINITIONE.

Anima a sancto Augustino intelligens substantia, corpus dirigens, definitur. Anima ideò neque corpus, neque cor-

porea qualitas est, quia percipit, distinguit, iudicat, ratiocinatur, divisa conjungit atque conjuncta dividit, rerum antecedentia et consequentia cognoscit, corpusque liberè movet et ejus motum impedit.

Hæc omnia a phrenologia triginta et quinque eminentiis licet prædita, cum ad corporis attributa non pertineant, fieri nullo modo possunt. Animæ igitur nullas corporeas qualitates esse, ex hoc sequitur. Anima ideò latitudine, longitudine atque altitudine extensa minimè est, neque solida, neque divisibilis, atque colore figuraque nullatenus est affecta. Hæc omnia ad corpora attinent.

Intellectus tamen, desiderium, libertas, voluntas, reminiscentia, vis, qua corpus affectionesque animat atque movet, sunt animæ propria. Anima igitur simplex est spiritus, nullum locum occupans, atque, ut in Exodo dicitur, ad Dei imaginem et similitudinem creatus. Hic enim spiritus unitas, tribus personis Patri, Filio et amori vel intellectui, voluntati atque reminiscentiæ communis, est appellanda.

« Huic verbo, *personis*, diversæ fuerunt concessæ significationes, sed subsistentes rationalium individuorum relationes a Theologis personæ dicuntur. Tres itaque personæ realiter distinctæ in Deo, quamvis una tantummodò et simplicissima natura in Deo existat, inveniuntur. Hæc tres personæ Pater, Filius et Spiritus Sanctus sunt, quia subsistentes ipsius divinæ naturæ relationes, quemadmodum a sancto Thoma parte decima, quæstionibus 29 et 30 sustinetur, tres etiam sunt. »

DE PERSONARUM GENERATIONE ET DE CREATIONE IDEARUM.

Hominis intellectus iudicandi, ratiocinandi, abstrahendi, componendi, imaginandi, describendi atque delineandi functiones exercet

Alicujus possibilis impossibilisve structuram ab intellectu imaginatam, descriptam, compositam atque delineatam supponamus, ejus obtinendæ desiderio voluntatem ad eam exercendam gignit, intellectus ergo quia voluntatem in *sabiduria*, ut ita dicam, quatenus melius ab aliis intelligi possim, gignit, Pater est, atque voluntas intellectus est filia, sed minimè gigneretur, si *sabiduria* rei descriptæ vel delineatæ determinationi sese opponeret, *sabiduria* ergo nostræ animæ secunda persona est, atque libera agendi vel non agendi voluntas in ea residentiam habet, et cum quod ab intellectu desideratur, velit, voluntas creatur, voluntas ergo libero *sabiduriæ*, quæ simplicis spiritus secunda persona sive subsistens relatio est, assensu intellectus filia est.

Ideæ creationis atque personæ generationis exemplum ostendam.

Intellectus omnia horologii constructioni utilia atque necessaria imaginat, et vehemente hoc horlogium volendi et faciendi desiderio illius construendi voluntatem genuit. Si in generationis tamen actu *sabiduria* vel secunda nostræ animæ persona horlogium emere melius et minus dispendiosum esse cogitet, voluntas genita illud nullatenus facit, agendi libertas igitur in secunda persona, quæ est Filius utpotè voluntas, intellectuique æqualis quatenus *sabiduria* invenitur. Secunda ergo persona intellectui, utpotè *sabiduria*, æqualis est, atque etiam Filius tanquam voluntas, ubi contradictionis, quæ nostras erga opiniones a nobis percipitur, libertas existit, alioquin libera non uteremur voluntate, et irresolutiones in arduis gravissimisque rebus nequaquam perciperemus.

Reminiscentia aliquid jam perceptum et memoria conservandum recordandi est actio, a Patre igitur et Filio seu ab intellectu voluntateque ita procedit. Intellectus, ut dictum fuit, horlogium describit atque delineat, vehemens

desiderium ad id construendum voluntatem genuit, sed absque vehemente, quod in amore reminiscentiam gigneret, desiderio, descriptum atque delineatum objectum obvisceremur, reminiscentia ergo in amore genita Filius est, atque intellectui, a quo procedit, existentiam debet, tertia igitur persona Patri debet existentiam.

Voluntas, nulla horologio in construendo ex *sabiduria* contradictione passa, illud construit, atque in æternitate obvisceretur, si a vehemēti horologium tertiæ personæ in amore subeundi desiderio reminiscentia, ad id memoria a nobis servandum, minimè genita fuisset, reminiscentia ergo a *sabiduria* procedit.

Reminiscentiam subsistentem esse Patris atque Filii, quia a duobus procedit, relationem, dicere possumus, sed ab eis, quin aliquis amor liber, independens aliisque personis amatis æqualis existeret, nullatenus procederet.

Idcirco nostra idearum generatio ita resumitur. Nostra anima una et simplex natura est, atque a tribus personis, Patre, Filio et reminiscentia, in unitate æqualibus, utpotè intellectus, *sabiduria* et amor æquales sunt, componitur. Hæc est omnium nostrarum idearum cogitationumque origo atque ratio, qua libera voluntate fungi possumus. Si res ita sese non haberet, tanquàm cætera animalia impelleremur. Hæc omnia Gallisto in systemate, in quo contradictionum congeries tantummodò invenitur, minimè existunt.

DE ANIMÆ PERSONARUM FACULTATIBUS.

Intellectus animæ est potentia, qua objecta motuum cerebrique impressionum auxilio distinctè percipere, judicare, ratiocinari, abstrahere, componere, imaginare, delineare & possumus.

Intellectus perceptio quædam est idea, quin aliquid a nobis affirmetur vel negetur.

Intellectûs judicium clara trium idearum convenientiæ vel repugnatæ est perceptio.

Ratiocinium, multorum judiciorum relationum perceptio dicitur.

Reflexio cogitationis conscientia est, qua nos cogitare animadvertimus, nostraque propria judicia approbamus, vel ea a nobis rejiciuntur, atque ad *sabiduriam* pertinet.

Absentium corporum in eorum propriis imaginibus atque spirituum corporeis sub figuris representatio, phantasia oppellatur.

Pura intellectio incorporeorum vel intelligibilium idearum est perceptio, ideòque intelligere ab imaginare distinguitur, atque ad intellectum attinet.

Ingenium est cogitandi vel imaginandi acumen.

Hæc atque omnia idearum, quas suprâ enarravimus, adjuncta genera, intellectus operationes dicuntur.

Desiderium, libertas, voluntas, reminiscentia, corporum animandorum virtus atque affectiones ad nostram etiam animam pertinent.

Desiderium nostræ animæ ad falsum vel verum bonum est inclinatio. Hoc intellectui voluntatique commune est, quia primus, quoniam ejus in judicio aliquid creaverat, illud desideravit, atque a secunda, quia aliquid fuerat desideratum, id fuit factum.

Agendi vel non agendi libertas *sabiduriæ* est facultas, atque libera voluntas est determinatio, qua mediis positus vel opere facto agit. Hæc est secunda personæ operatio, et ab ea corpus movetur vel ejus motus impeditur. Materiales affectiones quemadmodùm hominis colera, dementia vel mania, quibus in furorem venit, a voluntate reprimuntur sive impelluntur.

Memoria habitus est vel habitudo, qua res, jam a nobis perceptas, faciliùs percipere possumus.

Remiscentia eadem actio est, qua ideam, jam perceptam, reminiscimur. Memoria ideò brutis, remiscentia tamen animæ communis est.

Omnia, quæ usquè hodiè de animæ facultatibus fuerunt dicta, subtilitates, potiùs quàm probabiles veritates mihi videntur.

DE ANIMÆ ÆTERNITATE.

Animæ æternitas quodam attributo vel quadam gratia, ipsius animæ essentiæ concessa, minimè pendet, quinimò ipsamet est essentia, quia quod non est compositum, divisibile nèquidem est, quod non est divisibile, discomponi non potest, æternum igitur est.

Omni enim enti vel ab alio vel a nullo ente existentia est, si eam ab alio per generationem recipiat, contingens est, si ex alio ea ab illo non recipiatur, est æternum, omne igitur ens seu contingens seu æternum est.

Intelligibiles substantiæ sunt æternæ, et ideò necessariæ etiam sunt, contingentium tamen possibilis existentia nullatenùs est æterna, contingens ergo est.

Intelligibiles rerum essentias æternas et non mutabiles esse, inde deducitur, quia, mundi machina licet finita, hæc essentiæ eadem sunt, cum Dei ideæ sint, anima ergo, utpotè intelligibilis substantia, æterna est.

Cum intelligibiles essentiæ æternæ sint, quæ sufficiens causa in Deo fuit, quòd eas, cerebri apohisibus subjectas, creavisset?

Neque Gallus neque ejus sectarii nullam causam admittunt, quin potiùs necessarium Ens, utpotè criminum auc-

tozem et operis perficiendi ignarum, supponunt. Hominem, monomania affectum, errores scribere mirandum non est, sed quòd homines, quorum cerebrum nulla infirmitate est affectum, hos tamen errores credant, ignorantiam atque impietatem sapit.

Hominis anima ad Dei possibilia attinet, a Deo, designato fine, fuit creata, quia nihil absque fine fieri potest, cum auctor summa sit præditus perfectione, ejus finis est eadem perfectio, quæ bonum est, atque hoc, absque cõmparatione cum malo facta, cognosci non potest.

Cum bonum et malum concedantur, libera voluntas, ut bonis operibus mereat, perfectio est.

Hæc enim libertas nullo modo materia, sed idearum aliquid est, anima ergo necessaria devenit. Cum anima admittatur, nobili ejus essentia materiæ submitti non potest, Gallista igitur hypothesis in temeritatem incidit.

Omni ab ætate superiori Enti sive a paganismo in ejus idolatria sive omnipotenti Deo ab spiritualismo, adoratio semper fuit concessa, quin hoc a fanaticismo, quinimò ab imperiosa nostrarum conscientiarum necessitate oriri dicamus. Inde naturalis legis, religiosorum actuum, externorum cultuum, ministrorum atque sacerdotum et Religionis dèniquè necessitas venit.

Si suppositam Galli animam videre atque intelligere nobis concederetur, qua de causa quamdam hypothesis, cujus vestras ideas brutas reddere finis sit, atque vos vitæ futura spe alienæ, morali bono, felicitate, gaudio, vestrarumque moralium privationum præmio vidæ, talis vitæ inquam caritate ad auxilium infortunatis, miseris et oppressis præstandum egenæ, actione ad vestra mala effugienda atque libertate dèniquè ad cæterorum mala impedienda vacuæ, in tenebris confundere sit etiam objectum, creditis? nobis haud dubiè ab ea diceretur. Hoc tamen intelligere vel audire nobis opus minimè est, naturalis ra-

tio, ut nullam attentionem hinc Gallistico systemati præstemus, révéra sufficit.

Æternus intellectus et intensivè et extensivè in infinitum usquè perfectione ornatur, atque ideò sufficiens possibilitium infinitorum causa ei esse debet, quia si talis causa æterno in intellectu non existat, in nullo existit, sed æterno in intellectu existit, cum possibilitia infinita sint, quia æterno ex Ente pendent, in eo tamen, quin omnia ab ejus essentia exhibeantur et quin ejus potentia omnia attingat, existere non possunt. Æternus igitur intellectus possibilitia infinita cognoscit, ea ejus infinita in natura eminenter possidet, atque infinita ejus potentia omnia tanquam possibilitia a se ipso cognita facere potest.

Impossibilia, generaliter sumpta, Deo esse, minimè inde est deducendum, ignorantiam tamen atque crimen, vitium, mendacium et omnia intrinsecè extrinsecèque non perfecta, Deo impossibilia absolutè esse, intelligatur.

Quatenùs nonnullis chimicarum significationum ignaris et simplicia corpora vel elementa audientibus dicere, et ergo simplex, quod non compositum est, credentibus, æternitatemque his corporibus tanquam animæ concedentibus, error absit, simplicia corpora sive elementa sensibilibium proprietatum nomina esse, et ideò ex quinquaginta et duobus usquè nunc temporis cognitis nullum existere, quod corpus non sit, neque æternitatem ergo neque conservationis causam in eis minimè inveniri, profectò dicamus. Idcirco etiam sensibiles factæ substantiæ sunt et nullatenùs spiritus, utpotè nostra ab anima creati. Illa in regeneratione reproducuntur, hæ verò æterni Entis sunt creationes.

Tertia et quarta Galli divisio satis refutata mihi videtur. De cerebri functionibus tamen, de instinctu et de animæ residentia atque cerebri per motus de idearum perceptione etiam aliquid dicam.

DE CEREBRI FUNCTIONIBUS.

Si in rationalium cerebro aliqua specialis pars, quæ animalibus non esset, inveniretur, quòd ea in parte ratiocinationem exerceri, credere induceremur, sed cum porci, vituli, ovis, canis aliorumque quadrupedum cerebra hominis cerebro, magnitudine tamen excepta, æqualia sint, causam non in materia existere, confiteri cogimur, quia æqualibus identicisque causis æquales atque identici effectus respondent.

Hominis intelligentia animalium mechanismum comparabiliter superat, cerebrum æquale est, in eo igitur per se intelligente (Gallo aliter opinante) minimè existit.

Quamvis in corporis idea localis movibilitas, impenetrabilitas, extensio, configuratio conjunctio, divisibilitas aliæque proprietates a nobis concipiantur, cognoscitivam tamen virtutem quòd ea ordine corporalitatis virtutibus superiore sit, intelligere nèquidem possumus.

Idcirco cum nulla substantia, quæ materialis vel corporea non sit, in irrationabilibus existat, quamquàm omnes modificationes a nobis amplientur, nihil aliud nisi quamdam machinam æterno ab Ente mira perfectione constructam inveniemus, machinam, ut apertiùs dicatur, quæ quòd objectum ei finem designans perfectior esse nequit, etiamsi quòd essentiam perfectior esse potuerit. Quæ etiam machina, externis vel internis objectis affecta, ad quamdam actionem vel quemdam materialem motum et absque cognoscitiva, ad contraria facienda, idea, eadem objecta determinat.

Irrationabilia ideò necessariæ machinæ sunt, quæ in omnibus actibus, absque libera voluntate factis, atque om-

nibus rebus necessariis, a causa adimpletis, non possunt non quin eosdem actus exerceant.

Error his metaphisicis et non philosophicis verbis, « canis ejus herum cognoscit », introductus, vitiosas in interpretationes, quia cognoscere rationabilibus tantummodò proprium est, nonnullos induxit.

Ex eo quòd canis herum et non aliùm sequatur, hunc ab illo cognosci deducimus, quia si idem a nobis sit factum, ex eo quòd herum cognoscamus et eum ab aliis distinguamus, colligitur.

Cognoscitivus et liber spiritus, qui omnibus impressionibus, a causa positis, sua voluntate herum sequi potest necne, nobis est. Cum cognitio et libera voluntas cani etiam absit, atque respirationes cœteræque sensibiles ejus heri ei sint species, quæ statim ut ejus sensuum fibras affecerint, eum musculorum motum, qui ad hunc actum absque contrarii electione sit necessarius, in cerebro designat.

Leporinum, leporem secutum, ejus odoratus respirationibus ductum, supponamus, atque cum ad iter tribus in viis finiens perveniat, leporem non invenit, et secundæ viæ odoratum applicans, in tertiam venit, atque statim ad eum inveniendum currit. Hæc enim actio plures in errorem induxit, cum leporinus ita judicare « lepus neque per primam neque per secundam viam fuit profectus, atqui alia non est via, per tertiam ergo transivit » et statim eam sequi supponant.

Hæc logicæ rationes, in leporino a nobis suppositæ, a nobis etiam rationali inductione fierent, leporino tamen nullius generis ratio est, neque esse potest, summa perfectione ad id objectum aliaque ad cœtera creato, necessario ab Ente omnia, ad finem obtinendum, ei necessaria fuerunt instituta. Leporinus ergo leporis respirationibus affectus, eum sequitur, prima in via has respirationes non

percipit, motum absque contrarii electione progreditur, ad secundam viam pervenit, et nèquidem affectus, tertiam versùs tendit, atque antequàm ad eam perveniat, a novo stimulo eam illicò sequi cogitur. In leporino enim ejus organismi perfectione quædam exacta harum sensationum, designatis actibus atque motibus, cœteris ejusdem speciei communibus, prædita, convenientia invenitur.

Porco atque ovi idem cerebrum ac leporino est, dummodò hæc duo animalia leporem sequantur et ab eis, quemadmodùm ab ipso leporino, etiam capiatur, non organicam, quinimò spiritualem perfectionem esse, substinebo. Cum eorum cum leporino identitate minimè impediende id ab eis nequaquàm fiat, non leporini sed necessarij Entis, ex quo omnia, quæ legis, eum, ad objectum destinantis, adimplendæ gratia, ei opus fuerunt, sunt recepta, ex perfectione pendet.

Extraordinaria phænomena aliquandò in nervosis stomachi infirmitatibus adesse, utpotè liquida in eo contenta chimifationis tempore vomere, quin aliam substantiam in vomitione inveniremus, ab aliis medicis et a me fuit semper inspectum. Ipsamet aliarum rerum expulsionis atque aliarum, ab stomacho retentarum, actione stomachum cognoscitivas ideas formare supponere nequimus, quinimò organi esse actum, operationis cognitione vidum, nobis est credendum. Canes ita sese habent.

Planta, sensitiva nominata, homine ad eam appropinquante, tånquam si appropinquantem timeret, statim se contractat, atque hic status ab ea servatur, quòadusquè appropinquans transeat, et ejus naturalem statum tunc temporis iterùm recipit. Hoc inanimatorum corporum appropinquatione a planta nullatenùs fit, et ideò hanc sensitivæ actionem, cognitione præditam esse necne, interrogetur, atque quia hæc omnia mechanica sunt et a propria nostrorum corporum admosphæra producuntur, negativè

respondebitur. Canis ita sese gerit, effectus a respiratio-
nibus in eo mechanicè gignitur. Hæ omnes stomachi et
animalium atque sensitivæ plantæ actiones non absque
cognoscitivo iudicio tantummodò fiunt, sed homo affectus
rationem etiam, utpotè actionem, ab anima non determina-
tam, dare non potest. Queisdam impressionibus ergo deter-
minatos motus organica in vita proprios esse, reverà pro-
batur.

DE INSTINCTU.

Si medicinalibus herbis quærendis instinctus ex odoratu
animalibus sit, hoc ratiocinationem minimè supponit,
quia instinctus non iudicium, neque idea, nèquidem co-
gnoscitivi innati actus est appellandus.

Universalis phisico-organicæ legis, ab omnipotente Ente
promulgatæ, actio tantummodò cognoscitur, quia cum ma-
china causâ stomacho alienâ sit affecta, anima non per se
sed necessariò agit, quemadmodùm horologium perfectè
constructum non chordæ causa, sed quia ab auctore ad
motum, qui illud chordâ sustinet, fuit perfectum, horas
designat. Animalia itaque utpotè organicas machinas, reci-
procis quarumlibet eorum actionum connexionibus compa-
ratis factas et libertate ab eorum statu exeundi immunes,
inspicimus. Alioquin animalia ideæ essent cognoscitivæ,
atque quædam medicorum et pharmacopolarum copia,
inter se instituta, hoc ipsum nobis probare jam nunc tem-
poris venissent.

DE ANIMÆ. RESIDENTIA.

Animæ existentia post probata, ejus in cerebro residen-

tiae locus a nobis est exprimendus Philosophi multas diversasque sententias fuerunt prosecuti. Vanhelmont, qui animæ locum in cardia (superiore stomachi orificio) posuit, opinionem rejiciamus. Is et omnes etiam, qui in ejus doctrinam pedibus iverunt, quia eorum cogitationes haud dubiè a ventre fuerunt partæ, hanc admitterunt sententiam.

Cum universalis hominum maximo ingenio præditorum, animæ eundem ac sensationum locum esse, opinio sit, et cum hæc in cerebro existant, in quo a quadraginta et tribus nerviorum paribus transmissa, impressione attenda, instituuntur, hujus sententiæ veritas semper fuit indubia.

Circumspecta itaque nerviorum ex cerebro origine, cerebrum non est animæ solummodò residentia, sed alium etiam locum ei designare nequit. Pinealem glandulam animæ residentiam esse, Carthesio in mentem venit, quia cum hæc glandula orbicularis sit, sensuum ondulationes recipere easque judicandas animæ offerre, erat idonea.

Hæc tamen opinio, quia Graaf hanc glandulam, arenis plenam omninòque destructam, quin ratiocinatio detrimentum pateretur, invenit, et quia a pluribus nostræ ætatis anatomicis hujus glandulæ vitia demonstrantur, in inverisimiludinem meritò incidit. Hæc igitur glandula ratiocinii locus esse non potest.

Cerebrum ergo animæ residentiae esse locum, certè est concludendum, et cum materia nullatenùs anima sit, realitèr spatium non occupat, ideòque locum non ab ea occupari, intelligatur.

DE MAJORIS MINORISVE INTELLIGENTIÆ CAUSIS.

Sola totius cerebri vel alicujus ipsius partis organorum vitia inter homines et inter eos etiam eandem edu-

cationem recipientes intelligentiæ differentiam produ-
cunt.

Quòd alii homines meliùs quàm alteri ratiocinentur, quòd in infirmitatibus a deliratione capiantur, quòd opinioniones moresque in senectute temperent vel mutant, quòd dènique eorum ideæ in decrepitudine etiam aberrant, ab anima nullatenùs effici potest. Cum ea tamen simplex et immutabilis spiritus sit, nullam mutationem patitur, ideæ ergo ab inexactis sensationibus productæ veræ ideæ non sunt, quin potiùs intelligentiæ aberrationes a cerebri irregularitate genitæ.

Cum ideæ a sensationibus ab externis impressionibus productis offerantur, si fibræ subtiles et flexibiles sint, promptiùs, atque fortiores crassioresque tardiùs impressiones recipient, quemadmodùm ideæ magis liberæ et minùs compressæ clariùs atque distinctiùs, quàm involutæ et confusæ, sensationes producunt.

Cerebrum sensationum organum esse, atque cum anima, si impressiones imperfectè transmittantur, judicare cogatur, ipsam secundùm organismum plùs minùsve in errorem incidere, quin nullum detrimentum patiatur, hac ex veritate concluditur.

DE CEREBRI FUNCTIONIBUS, ANIMÆ RESPONDENTIBUS.

Medullare cerebri in parte sensationes fieri posse sustinebo, quia si animæ perceptiones sensationum, externis ab impressionibus productarum, consequentiæ sint, designatus in cerebro locus his esse debet.

Quandam sensationem medullare cerebri in parte ab impressionibus instanter produci, quin argumentis hoc indigeat, evidens est, atque has a quadraginta nerviorum paribus transmitti, est equidem indubium.

Cum nervia oblonga ex medulla, quæ medullaris est, atque estriadeis cum corporibus simul progreditur, procedant, sensationes non cinerosa vel corticali in parte, quin citiùs in medullari, ex qua medullaris oblonga et spinalis oritur, esse productas, inegabile est.

Ad hanc opinionem confirmandam quadam cerebri parte a quorumlibet armorum ictu licet ablata, nulla læsione, quemadmodum Stellæ Hispano in hospitio et àlibi evidenter fuit probatum, ratiocinationem affici, sustinebo.

Si ratiocinationis locus in cranioscopiæ eminentiis esset, eminentiæ absentiam effectus absentiam produceret, scilicet, eminentia destructa, ratiocinium abesset.

Cum homo tamen ejus sensitivarum functionum normali in statu persistat, nullomodo a corticali, sed a medullari tantummodo recipiuntur impressiones, atque sensationes producuntur.

Cum omnia sensoria nervia corpora estriadea versus tendant, atque una cum eis immediatè progrediantur, communem sensum hac cerebri in parte statuendum, animamque a sensationibus, ad ideas efficiendas, ibi inspirari, mihi videtur. Estriadeorum corporum locus eorum usus congruentiæ causa est, cum anteriorem et sensoriis magis proximam partem occupent, sensationibus, ab impressionibus transmissis, producendis magis sunt apta.

Lucidum septum, recta ejus fibrarum ex anteriore usque ad posteriorem partem directione intenta, duos ad ventriculos constituendos serviunt, atque callosi corporis motuum separationis medium esse colligitur.

Tres enim ideæ, a tribus sensationibus productæ, ad iudicium eas separans vel conjungens ita formandum, sunt necessariae. Quamdã in pede exempli gratia impressionem percipimus, cerebrum, nos tactos esse, sensationem facit, atque aliam per sensationem primæ adjectam corpus eam producens, præcidens, acutum vel contundens, sub-

tile vel rudum esse exhibet. Anima verò, a qua iudicium fieri non potest, visus, auditus, atque tactus organa, ad objectum, impressionem producens, inveniendum, per voluntatem impellit, si objectum ab anima minimè inveniatur, se commovet, atque causam nesciens, pavore vel terrore afficitur, et si illud invenerit, iudicium facit.

Duæ ergo impressiones, tres sensationes producentes, ad ideas efficiendas necessariæ sunt, atque lucidum septum, ejus locatione attendita, ad eas distinguendas et disjungendas utile videtur, alioquin quamdam insensibilem confusionem in sensationibus inveniemus.

Hujus enim hypothesis auxilio deliriorum causa in febribus facile cognosci potest. Sanguineorum vasum circulatione et extensione aucta, liquido per carotydes post ascenso atque per coroydem transeunte, si fibræ flexibiles sint, eæ, ad estriadea corpora pertinentes, non possunt non quin impressionem percipiant easque sensationes ab externis objectis, exterius affectis, representandas, exhibeant. Cum eæ tamen, quæ errorem sunt correcturæ, minimè afficiantur, anima sensationes conjungendas vel disjungendas recipiens, pertubata iudicia facit. Aliæ cerebri affectiones ita se habent.

Concamerati corporis structura et locatio, ubi anima residet, locus haud dubiè est. Cum enim ratiocinium iudicium ab aliis tribus compositum, ut jam fuit probatum, formaliter vel virtualiter sit, in quo ex duarum idearum alia cum tertia conjunctione vel ab ea ex disjunctione earum inter se conjunctio sive disjunctio ab anima percipiatur. Improbabile minimè est, hoc fornice tribus ex columnis composito, quòd cum duæ sensationes, duas columnarum per fibras communicatæ, simul in fornice vel concamerato corpore alia cum sensatione, a tertia etiam communicata, conjungantur, omnium trium inter se identitas vel ex disjunctione discrepantiaque distinctio ab anima percipiatur.

Indolis diversitas hac hypothesi secuta quòd aliorum hominum medullaris corporis textura compacta atque dura aliorumque subtilis sit, atque eorum fibræ claræ et distinctæ et aliorum ordinatæ et patentes, aliorumque denique involutæ confusæque sint, et uniuscujusque natura, ætate, climate, moribus, educationeque ad id adjectis, alios magis promptos, faciles, tardos, affabiles, ingeniosos vel magis stultos quàm cæteris esse, ex eo èquidem oritur.

DE CEREBELLI FUNCTIONIBUS.

Cerebellum animæ locum esse nonnullis Arabiæ scriptoribus in mentem venit. In latronis, dum vitam egit, memoria alieni, cadavere cerebellum tamen a Benivenio nequaquàm fuit inventum. Hic error minimè est indulgentia dignus.

Memoria habitudo est et nullatenùs utpotè quædam cerebelli actio est inspicienda. Nullæ aliæ functiones, præterquàm quæ involuntarios ad motus pertinent omni nutritionis in vita, animali, vitali atque naturali in cavitate a cerebello, mea quidem sententia, exercentur.

DE IDEARUM ORIGINE.

Neque cerebralis neque corporea materia in sensatione ideam nobis præstat, quia si in ea daretur, in ea existeret, et unaquæque nerviosa fibra intelligens essentia esset atque digitis post occisis tactùs idea non persisteret et absque oculis visibilis mundi idea nullatenùs esset. Hoc minimè evenit, quia homo a nativitate cæcus res, quas nun-

quàm vidit, judicat. Si determinatæ exteriores impressiones existant, hæc ideæ intelligibili in facultate cerebri organicæ perfectioni relativa consistunt, ideòque omnes quòad tactum minimè simul conveniunt, atque cum designatos voluntatis actus designati cerebri motus sequantur, ideæ ergo ab anima creantur, et ab ea utpotè earum origine et creatrice dependent.

DE EMINENTIALI POTENTIA.

Cum spiritus simplex sit, quoddam corpus neque impellere, neque tangere, neque comprimere dènique potest, quia secundus organica est materia, primus simplex est, et ideò anima super cerebrum mediatè sed nunquàm immediatè agit.

Hominem crimine intinctum et capite damnatum supponamus, tribunalis judicio post adimpleto, carnifex vitam immediatè ei tollit, vita tamen a judice, qui morte eum damnavit, moralitè et mediatè ei arripitur. Carnifex simplex administer est, alioquin interfector esset. Nostra anima nostrum super corpus mediatè et moralitè agit, et id, ut ei obedientiam absque contradictione præstet, révèrà cogit. Hoc ex summa auctoris intelligentia, a qua materia ita fuit instituta, ut non posset non quin animæ obediret, tantummodò pendet. Hæc veritas ita evidens est et inegabilis ut si anima immediatè ageret, ejus actuum causam exhiberet, quemadmodùm cum ab ea brachium movetur vel levatur, musculos ab ea movendos cognosceret, quod nescit, quia tantummodò una cum eminentiali simpliciū spirituum potentia agit.

Animam corporis esse formam et ideò obedire nonnullis scriptoribus philosophare volentibus in mentem ve-

nit. Si forma tamen esset, figura esset affecta et utpotè talis, materia etiam esset, hoc ergo a veritate aberrat quàm longissimè. Eminentialis materiæ, ejus dominationi propriæ, virtus atque libera determinatio, nulla et nullius generis submissione, animæ sunt, quemadmodùm Deo simplici et sempiterno spiritui omnia super creata, visibilia et invisibilia eadem virtutes etiam sunt.

Si Deus, spiritu simplex, ordinat, atque materia, eminentiale non limitata potentia adjuta, obedit, a quo igitur animam æternam et simplicem ordinare et ut ei obedientia a sui corporis materia, eminentiale limitata potentia adjuta, præstetur, cogere dubitabitur?

Anima potentiæ voluntatisque virtute nostrum super corpus ita agit, cerebrum enim omnia, quæ a potentia eminentiali appellata ei designantur, adimplet. Anima tanquàm nostri corporis non creatrix absque cognitione ita se gerit, quia quemadmodùm anima cogitat, quin id, quod est cogitare, sciat, et existit, quin clara de seipsa idea ei sit, ita etiam quin musculos ab ea movendos cognoscat, quia potest et quia vult, motus tantummodò fiunt.

Hæ ideæ chimæricæ minimè sunt, quia cum necessarium Ens, a quo materiæ perpetuus motus eminentiale potentiæ vel voluntatis virtute solummodò fuit datus, existat, ita anima necessarij Entis imago atque similitudo sola eminentiale voluntatis et potentiæ virtute, nulla modificatione, corpus ut ei obedientiam præstet, révéra cogit.

Animalium cerebrum corpus non voluntate movet, quia eis sunt actus sufficienti ratione nullatenùs præditi atque a necessariis impressionibus et motibus tantùm impulsa agunt.

DE IMAGINUM TRANSMISSIONIBUS.

Impressiones imaginibus non transmissis, externi objecti sensationes (quemadmodum a quoisdam philosophis sustinetur) ad cerebrum ducunt, quia quædam sensationes utpotè causæ trium idearum iudicio eas producen-tes ab anima cognoscuntur. Materiale exemplum supponamus.

Cum spina cujusdam a natiuitate cæci manum icit, icus impressio ab eo percipitur et aliquam, quæ dolorem pariat, causam esse, illicò cognoscit, atque tactu ductus objectum, quod eam efficit, rejicere accurrit.

Cæcus nunquam vidit, imaginum ideæ ei ergo minimè sunt. Spina est, quæ me læsit, ab eo tamen dicitur. Imago neque per tactum, neque læsam per partem in cerebrum ingredi potest, imago igitur in animam non ingreditur, quinimò rationis entia a quolibet formata et omnia, quæ affecti etiam objecti a forma concipiuntur, imagines sunt.

Ut apertiùs dicamus, cæcus baculum in manibus tenens, per loca, quæ nunquam vidit, tali promptitudine, ut nemo, cui visus sit, oculis clausis eum sequatur, transit, obstaculum invenit et illud tangens petram vel aquam vel terram congestam esse, subitò cognoscit, imago ergo transmissa reverà non existit, quia baculus quamdam impressionem ei transmittit, ab eaque impressione duæ sensationes circà obstaculum ejusque duritatem vel tenuitatem ei etiam transmittuntur, auditu rationis ens, quod eum erga formam convincit, format, quin his in actibus cujuslibet generis ideæ transmissæ inveniuntur, imagines ergo in impressione minimè transmittuntur.

Aranea in telæ extermitate, quæ ab ea fuit constructa,

sita, vibrationem, quæ in ea sensationem producit, percipit, huic animali imaginum ideæ non sunt, vibratione tamen ejus organa vel ad fugiendum vel ad muscam arripiendam moventur.

Hæc veritas ab omnibus, convinci desiderantibus, cognosci potest. Imaginum ideæ araneæ minimè sunt, neque intelligens spiritus, a quo formari possint, ei est, sola tamen stimuli differentia necessarium motum, quamvis objectum non viderit, exercet.

Si hæc omnia nulla imaginis transmissione ab aliquo animali etiam irrationali fiant, cur absque imaginum transmissione ab anima etiam non fient?

Imagines non per tactum, auditum, odoratum neque per gustum transmitti, evidens est, impressiones tamen sensorio in systemate comparativam differentiam ab anima cognosci atque distingui capacem, quò hæc rationis entia formet et trium idearum judicium adimplens formam ab ea nunquam visam explicet, producere omninò certum est.

Locus, in quo objectorum, impressiones patientium, formæ vel imagines a sensationibus exhiberi possint, cerebro nèquidem est, anima tamen absoluta distinctione eas cognoscit. Ea de causa homines a nativitate cæci de coloribus, de obscuritate, de claritate, de nocte, de die etc., ita exactè ut si hæc omnia vidissent, loqui possunt. Rationis entia itaque per intelligentiam cognoscitiva sunt atque anima oculis caret.

DE JUDICIORUM FORMATIONE.

Ex naturalibus atque comparativis ideis prima judicia ab anima fiunt. Omnis humanæ cognitionis hæc est vera

origo. Homo èquidem, studiosa educatione instructus, universalium principiorum copiam facit, hæc tamen principia has ideas prosequuntur. Si comparatio abesset, demonstrativa veritas nèquidem existeret, atque rationis entia formantes, eas imagines, quæ nostrarum cognitionum adæquatam existentiam nobis exhiberent, distinguere minimè possemus. Absque naturalibus et comparativis ideis igitur iudicium fieri non posset.

Omnis humanæ cognitionis primum et principale principium à nonnullis philosophis fuit quæsitum atque etiamsi aliâ inter se sententiâ fuissent, nemini in cranii eminentiis, nisi Galli amicis, quinimò sequentibus in principiis id invenire, in mentem venit.

Idem simul esse et non esse impossibile est.

Ens est ens, scotistis placet.

Omne, quod est, est, Joanni Loche atque *ego cogito, ergò existo* Renato Descartes conveniunt.

Gerardus Titius in ejus cogitandi arte talis principii, ex quo humana scientia oriatur, existentiam meritò negat, nostræ quippè cognitiones ex universalibus iudiciis ad nos perveniunt et potiùs singularibus ex rébus vel ex ipsa humanæ rationis natura vel meditatione, ut meliùs etiam dicamus, deducuntur.

In singularia tamen iudicia, quæ eorum originis principium gignunt, réverà resumuntur.

Cum hæc iudicia naturalia sint, atque statim cognita, perfectè intelligantur, nulla innata, neque Gallista idea, præterquàm quòd omne principium ex naturalibus et comparativis ideis per meditationem conjecturamque nobis veniat, admitti non potest.

CONCLUSIO.

His præmissis igitur Galli, systema chimæricum judico. Scientias summo in splendore, in quo nunc temporis sunt, quin ab omni ætatis spiritualistis fuissent adjunctæ, minimè esse, affirmandum est, materialismi sectariorum ideò humilientem triumphum pati non debet.

Mysteriosam conscientiæ actionem neque ancephali compositione neque in ejus apophisibus inveniri posse, quamvis talis systematis sectarii doctrinas, philosophia, scientiis atque veritate vidas, sustinere voluerint, sincerè conveniamur.

Euler opera a nobis consulantur, atque triumphum ab spiritualistis adquisitum videbimus.

Cabanis amatores physiologistam Berard in ejus de physicis atque moralibus similitudinibus doctrinis, ubi rudam Cabanis doctrinam absolutam metaphysicæ et intelligentiæ observantiæ ignorantiam secum trahere dicit, examinare poterunt quàm attentissimè. Talis doctrina humanam rationem in suæ perfectionis statu vilipendit.

Animæ corporisque conjunctio Bossuet admiratione fuit digna, et tanquàm verus philosophus spiritualismum usquè ad sidera tollit.

Homo, utpotè spiritualis atque aliis creatis incomparabilis, a Cicerone in ejus de Deorum natura opere ab omnibus brutis segregatur.

Buffoni in ejus eximia hominum manuum cum animalium manibus comparatione materialismum ridet atque contemnit.

Galieno in ejus de partium usu opere in hymno universalis vitæ Auctori dicato, cum dehominis spiritualitate

loquitur, ipsius Auctoris opera laudibus effert quàm maximis.

Omnis denique ætas, generationes post conditas, spiritualistas sapientes, tanquàm, scientificorum principiorum inexhaustos fontes, attentis oculis inspicit.

Materialistæ tantummodò, super tenebras laborant, atque cum sancto Bernardo « si te nescieris, eris similis ædificanti sine fundamento, ruinam non structuram faciens, » eis meritò dicere possemus.

MATERIÆ

HOC OPUSCULO CONTENTÆ.

	Paginæ.
OBSERVATIO.....	V
PRÆFATIO.....	VII
THESIS.....	4
De Cranioscopia secundum Gallum.....	5
De Phrenologia secundum eum.....	6
De Phrenologica localitate juxta eum etiam.....	8
Objectio adversus Galli doctrinam.....	10
De Cranio.....	11
Objectio adversus Galli doctrinam.....	14
De continentibus Cerebri partibus.....	15
De Cerebro juxta anatomiam.....	17
Objectio adversus Galli doctrinam.....	<i>id.</i>
De Cerebro juxta anatomiam.....	18
De Nerviis.....	24
De Nutritionis vita.....	26
Objectio adversus Galli doctrinam.....	28
De principiis ex Galli systemate deductis.....	<i>id.</i>
Objectio primæ divisioni.....	29
De Ideis.....	30
De secunda Galli divisione.....	34
Objectio adversus eam.....	<i>id.</i>
De Animæ existentia.....	36
De tertia et quarta Galli divisione.....	38
De Animæ definitione.....	<i>id.</i>
De Personarum generatione et de creatione idearum.....	39

	Paginæ.
De Animæ personarum facultatibus.....	41
De Animæ æternitate.....	43
De Cerebri functionibus.....	46
De Instinctu.....	49
De Animæ residentia.....	<i>id.</i>
De majoris minorisve intelligentiæ causis.....	50
De Cerebri functionibus animæ respondentibus.....	51
De Cerebelli functionibus.....	54
De Idearum origine.....	<i>id.</i>
De eminentiali potentia.....	55
De imaginum transmissionibus.....	57
De Judiciorum formatione.....	58
Conclusio.....	60

OMISSIONIS LAPSUS HOC IN OPUSCULO REPERTI.

	<i>Lineâ</i>	<i>Invenitur.</i>	<i>Dicatur.</i>
Præfatione	1 ^a	muro,	maturo.
Eadem et hinc et inde	13 ^a	a,	à.
Paginâ 1 ^a et nonnullis aliis	7 ^a	vidus, a, m,	viduus, a, m.
3 ^a	7 ^a	craniosopia,	cranioscopia.
Eadem	9 ^a	ementiis,	ementiis.
Eadem	17 ^a	necessarium,	necessarius.
9 ^a	7 ^a	paralelam,	parallelam.
Eadem	8 ^a	supercilium,	superciliorum.
Eadem	Eadem	arcus describentes,	arcus lineam descri- bentes.
Eadem	32 ^a	decribere,	describere.
12 ^a	50 ^a	sagittatem,	sagittalem.
23 ^a	33 ^a	interlateralls,	interlateralis.
25 ^a	6 ^a	fiinit,	finit.
27 ^a	12 ^a	scarpa,	Scarpa,
30 ^a	1 ^a	quod,	quòd.
Eadem	2 ^a	intelligit,	intelligat.
34 ^a	4 ^a	Natiocinia,	Ratiocinia.
36 ^a	26 ^a	necessaria,	punctum mittatur.
40 ^a	31 ^a et 32 ^a	con-ervandum,	con-servandum.
42 ^a	13 ^a	oppellatur,	appellatur.
46 ^a	10 ^a	mechaniismum,	mecanismum.
48 ^a	19 ^a	chimifationis,	chimificationis.
50 ^a	23 ^a	inverisimiludinem,	inverisimilitudinem.
53 ^a	13 ^a	vasum,	vasorum.
Eadem	24 ^a	haud dubiè est,	haud dubiè, meâ qui- dem sententiâ, est.
Eadem	28 ^a et 29 ^a	percipiatur. Im- probabile,	percipiatur, improba- bile.
57 ^a	22 ^a	transii,	transit.
59 ^a	15 ^a	scotistis,	Scotistis.
60 ^a	1 ^a	His præmissis igi- tur Galli,	His præmissis, Galli igitur.
Eadem	25 ^a	Buffoni,	Buffon.
Eadem	29 ^a	dehominis,	de hominis.
61 ^a	4 ^a	tanquam,	virgula omittatur.